




1 2 3 4 5

Ouidius de arte amandi et de remedio amoris cum commento.





Bartholomeus merula: generoso adolescenti Francisco ge-
orgij cornelij equitis et decemuiri clarissimi filio. Salutem.



Preclara multa et omni laude cumulatissima in hac tua excellenti patria circũspi
ciens Francisce generose nihil eque laude dignũ inuenio: q̃ q̃ in ea pre ceteris
vrbibus viros omni studiorũ genere florentissimos esse video. Nã si velis oium
laudatarum artiũ procreatricẽ q̃dam et quasi parentẽ eam: que a grecis philo-
sophia appellatur. Tot in ipsis nature obscuritate: in differendi subtilitate: in be
neviuendi ratione sese tibi offerent: vt prouentũ maiorem nusq̃ sperare possis.
Si vero Reginã rerũ Eloquentiã malis: non pauciores inuenies: in q̃bus esse fateare Catonis
grauitatem: Lelij lenitatẽ: Gracchi impetũ: Cesaris calorem: Hortẽsij distributionẽ: Calui argu
tias et sanctitatẽ: Salustij parsimoniã: et quasi eã Ciceronis opulentiã. Atsi i poetica facultate va
tes eminẽtissimos. Si in narranda historia luculẽtissimos scriptores. Si p̃terea Mathemati-
ce discipline et obscuritatis indagatores acutissimos cõsiderabis. Cõperies ꝑfecto his oibus pa
triã tuã p̃ter ceteras ciuitates plurimũ pollere: et his artibus ac disciplinis eos patrie sibi et ami-
cis: domi forisq̃ eẽ maximo presidio et ornamẽto. Quocirca tibi etiã equis velisq̃ (vt dicit) eni-
tendũ ẽ: vt inter tot preclarissimos viros studio et disciplina nomẽ tuũ eluceat: Excellẽtissimisq̃
Cornelijs et Scipionibus tuis respõdeas: Quorum virtutes litterarum monimentis ita notate sunt:
vt nec meo: nec cuiusq̃ elogio indigeant. Viros. n. familia tua semp cõtinua serie oi laudum ge
nere fulgẽtissimos et illustres habuit. Et vt priscos illos tuos pretermittã qui propria laude: am
plissimis rebus gestis: maxima gloria se quotidie imitãdos añ oculos tuos exhibẽt. Offert se ti-
bi in primis recenti gloria magnanimus Eques et clarissimus senator Auus tuus ille toto orbe
cõspicuus. M. Cornelius. illustris et certissima gẽtis Cornelie Proles: Qui iuuẽtutẽ egit non
ignauia marcescentẽ: nõ abiectissimis scortis: nõ Alee: nõ luxurie deditã: nõ vẽtri somno[illegible]
gentẽ: nõ alijs illecebris irretitã: q̃ generosos aios frangũt et eneruãt: sed p̃mo assiduis [illegible]
studio vigilijs: Deinde pegrinis nauigatõibus exercitatus: multorum hoium et vrbium moribus
cognitis. Amplissimis diuitijs nõ mi͂n ingenio: q̃ honestate solertia: et idustria cõpatis: [illegible]
tãdẽ expectatissim9 i p̃riã redijt eq̃strib9 doat9 insignib9 a rege Cyprio: cui ob igenij sui et generis
nobilitatẽ erãt q̃charissim9. Breui deinde i p̃ria audita ꝑs illius virtute. Postea et in maris
rebus ꝑspecta et cognita: nihil vnq̃ in hoc nr̃o senatu magnũ: qd̃ sine inuidia dictũ velim: nihil du
biũ: nihil p̃clara administratõe dignũ agebatur: cui ille nõ pẽsset. Quo factũ ẽ: vt et aduersis et secũ
dis vestre reipublice tpibus: patrie emolumẽta maria attulerit: sibi vo sempiternã laudẽ cõpa-
uerit. Sz qd̃ ego ea cõmemoro: Quũ ꝑsertim maxim9 pr̃ tu9 Georgi9 corneli9 Serenissime Re
gine cypri frater. Decẽuir insignis Clarissim9 eques: et Senator nobilissimus quotidie tibi sit
añ oculos: tanq̃ alterũ vite speculũ. Siquidẽ ille cũ ceteris oib9 virtutib9: tũ marie prudentia q̃
est officiũ fons singulari et eximia p̃dit9 in cõsiderãdis reb9 cedit nemini. liberalib9 vo disciplinis
ita vacare solet: vt nũq̃ adduci queat nisi reipublice admistratõib9 aut amicorum cã. Quo fit: vt et
sibi imortalẽ laudẽ cõpet: et cõmunẽ hoiũ societatẽ nõ deserat. Hz. n. platonicũ illd̃ i ore. Nõ so
lum nati sum9: ortusq̃ nr̃i partẽ p̃ria vẽdicat: ptẽ amici. Fides vero q̃ ẽ iusticie fundamentũ: et añ
Ioue nata a poetis fingitur: ita ab eo colitur: vt nec p̃mio corrũpi: nec necessitate ad fallẽdum cogi
possit nec mirũ. Legitur. n. in hystorijs cornelios vestros hãc virtutẽ iter ceteras ita coluisse: vt cũ
supior African9 carthaginensiũ nauẽ multis et illustrib9 viris bonisq̃ cepisset: eã imolatã dimi
serit: quia se legatos ad eũ missos dicebãt. Tametsi mãifestũ erat: eos vitãdi pculi grã falsum le
gatõis munus amplecti. Liberalitatẽ Sero eius q̃s nõ iure optio admiretur ac p̃dicet. Solet. n.
ille et tãtis opib9 sp in amicos. paupes: aut Eruditos pecuniarum aliq̃d cõferre: cibarijs sustentare
Amicis eos interdũ cõmẽdare: alijsq̃ diuersa rõe ꝑdesse: idq̃ nõ vt benefic9 videatur. Sz q: illũ ad
id honestas naturaq̃ ipellũt. Didicit. n. gñosi esse ai: et vere Magnifici imitate mortales: et deos
se q̃plurimis: et hac via in re hoies deũ imitari. Ego certe liberalitatis clarissimi patris tui sum
locupletissim9 testis. Me nãq̃ ille cõplex9 mirifica quedã beniuolẽtia: oi benignitate i hũcusq̃
diem ꝑsecutus ẽ. Nihil ab eo vnq̃ petij aut mea: aut amicorum cã: qd̃ nõ ꝑtinus obtinueri. Quib9 i
me officijs nũq̃ intermorituris: ꝑ virili pte oi studio: et idustria idies enitor: vt qd̃ plato ille a do-
ctoribus i primis curandũ voluit: virtutũ te amatorẽ p̃beas: et sanctissimos mores optime q̃ i
stituta ibibas: vt regere et regi discas magistra iusticia. Ceterum q̃m hacten9 fecisti [illegible] opti-
ma: ac maioribus tuis: et [illegible] ti patre dignũ te filiũ p̃stas: nõ possum nõ vehem[illegible] tibi gratu

lari: mihiqꝫ gaudere: qd̄ videā te maiorū imaginibus cōspicuū: sed ꝓpria virtute nobiliorē fore. Nunqꝫ .n. litterarꝫ studia ꝑtermittis. Nūc eloquētie studijs incūbis. Interdum ad Mansuetiores musas redis ex Fabij sñia: qui ꝑcipit legēdos poetas eē ꝛ excutiēdū oē scrip torꝫ genus. Quare te hortante tria illa volumina de arte amatoria. Duoqꝫ de remedio amoris ab Ouidio elegantissime cōscripta: quāta potuimus diligētia interꝑtati sumus. Tibiqꝫ cui oīa debemus: laborem hunc nostrū dicamus: vt ꝛ viua voce: ꝛ scriptis intelligas me tibi prodesse voluisse: ꝛ tua cā nihil laboris recusasse. Inuenies tu quidē in eo opere preclara multa: que tibi eruditionē haud mediocrē ꝛ voluptatē afferent. Offendes etiā quedā que obturatis auribus tanqꝫ Vlyxes alter Syrenū cantū (vt poete fabulantur) preteribis. Sed (vt negari tandē desinat oratio) Enarrationes has nostras a te Semestri spacio expectatas accipies. Merulāqꝫ tuū amabis. Uale.

Bartholomei Merule In primū Ouidij de arte amandi narrationes.



SI qs in hoc artē pp̄lo nō nouit amandi. Ex latinorꝫ poetarū cōsuetudine proponit: inuocat: ꝛ narrat Oui. Nā primis duobus versibꝰ amatoriā artē se docturū profitetꝰ: Deinde venerē amorum matrē inuocat. Narrat postremo quēadmodum inuenienda et cōsiliāda sit amica. In hac aūt prefatione facit auditorem Attentum. Docilē: ꝛ Beniuolū. Attentū qñ exponit vtilitatē futurā amantibus ex preceptis amatorijs. Docilem vero reddit summa rei breuiter et dilucide comprehensa. Beniuolentiam quoqꝫ a seipso captat quū sine arrogantia officium suum laudat: vt eo carmie. Me venꝰ artificē tenero ꝑfecit amori. Seruauit igit i hoc ꝑncipio Oui. id qd̄ a fabio ꝑcipitꝰ his verbis. Cā ꝑncipij nulla alia ē: qꝫ vt auditorē: quo sit nobis i ceteris ptibus accōmodatior: ꝑparemus. id fieri tribꝰ maxime rebꝰ inter auctores plurimos pstat: si beniuolū: attentū: docilē fecerimus. ꝛ alibi. Sunt ꝛ illa ab excitādis ad audiēdū nō inutilia si nos nec diu moraturos: nec extrā dictaturos existimēt. Docilē sine dubio ꝛ hec ipa pstat attētio Sed ꝛ illō si breuitꝰ ꝛ dilucide summā de q̄ cognoscere debeat idicauerimꝰ: qd̄ Home. atqꝫ Virg. operū suorꝫ ꝑncipijs faciūt. In hoc pp̄lo: i romana ciuitate. Artē amādi: modū ꝯciliāde amice. Est .n. Ars (vt docet Cice.) ꝑceptionū exercitatarꝫ constructio ad vnū exitū vite vtilē ptinētū. Diomedes vō ita grāmaticꝰ scri. Ars ē rei cuiusqꝫ scīa vsu vl' tradi tōe: vl' rōe ꝑcepta tendēs ad vsum aliquē vite necessariū: dicꝫ vel qd̄ acto ꝑcepto singula diffiniat: ꝛ velut vias quasdā ostēdat. vel [illegible] Vñ veteres artē ꝓ virtute appellarūt. Arte cite vt naues ꝛ currus gubernantꝰ a perito hoīe: ita ꝛ amor regi debet ab optimo magistro. Velocqꝫ rates remoqꝫ reguntꝰ. Velo .n. ꝛ remo naues agi videmus. Remū aūt (vt tradit pli.) copas: vela icarus iuenit. Curribus Autumedon. Autumedō (vt Homerus scri. i. xvij. Iliados) Diorei filiꝰ fuit: ꝛ Achillis auriga. Virg. ꝛ Equorꝫ agitator achillis Armiger Autumedō. vñ quū aurigā designāt poete eū autumedōtē appellāt. Iuue. puer Autumedō nā lora tenebat. videtꝰ aūt alludere ad ea Homeri verba i. xvi. iliados ita scribētis. Scd̄o loco Sarpedō lanceā directā i patroclū nō directe cōtorsit: s; pro hoste pedasū: q̄ erat tertiꝰ eqs humerꝫ fixit: quo letalē dolorē grauibꝰ gemitibꝰ ꝛ quasi mugitibꝰ testāte atqꝫ i puluerē lapso animus euolauit e corpe: eiꝰ ruina turbati reliq eq: in diuersum abire ceperūt stridēte iā iugo: habenisqꝫ amborꝫ se iplicātibꝰ: qd̄ impedimentū eximius autumedon nō differendū ratus ita expedit: educto ense insurgēs iacētē pe[illegible] amputauit: atqꝫ deinde alij eq in locū reuersi in officio fuerūt. Letis habenis flexibilibꝰ ꝛ se iplicantibꝰ. hic fit verbū lēteo: ꝛ lentesco. ꝛ lentandus remus in vnda a Virgilio dicitꝰ. Sane

P. Ouidij nasonis Sulmonensis de arte amandi Liber primus incipit.



SI quis in hoc artē populo nō nouit amandi:
Me legat et lecto carmine doctus amet.
Arte cite veloqꝫ rates: remoqꝫ reguntur.
Arte leuis currus: arte regendus amor.
Curribꝰ autumedon lentisqꝫ erat aptꝰ habenis.

Ars. Autumedon.

Siquis in hoc artem populo non novit amandi me

Tiphys habena ab habeo verbo deducitur: vt Priscianus docet. Tiphys in emonia. Tiphys [vt scri. Seneca i Medea] fuit gubernator argonautarum: qui in ea expeditione periit. Eum tradit plini⁹ adminicule gubernādi naues primū inuenisse. In emonia puppe: in argo naui fabricata in thessala: dicta ab argo inuētore: vel a celeritate: vt Diodorus et bigynius docēt: hec dicitur poetis ēt palladia: quod eam actoris filius argus Iunonis et palladis auxilio edificauit. **Argo** **Thessalia** Sane Thessalia [vt asserit Plinius] prius emonia dicta fuit: eademque pelasgis et Eomargos atque Helas Thessalia et Dryopis semper a regib⁹ cognominata. Me artificē: me magistrum: Tenero amori: molli et lasciuo. Est autē proprium epitheton amoris. Papinius. Fulcra torosque dee tenerum premit agmē amorum. Agaton quoque apō platonē ostēdit amorē semp iuuenem esse tenerū. et mollem. Tiphys et Autumedon: dicar amoris ego: dicar esse optimus amoris magister: vt tiphys et Autumedon habiti sunt optimi gubernatores. Ille quidē ferus est. fateor seuum esse cupidinem. Et qui mihi sepe repugnat Et qui mihi sepe est aduersus. Sed puer est: puerilē etatē melius erudiri: quā adultam docet etiā. Quintilianus in pmo. Phillirides puerum. **Chiron** Chiron filius fuit saturni ex phillyra oceani filia: cū qua ille in equū cōuersus: dum per thraciam iouem filium quærit: concubuit: vt Aratus docuit. Hic herbariam disciplinā inuenit: vt plinius scribit nauigauit cū argonautis: indeque et medicus eorum fuit. docuitque Achilem medicinā et cytharedicam artē vt Statius tradit. Hūc post mortē inter sydera collocatū scribit ouidius in fastis his versibus. Nona dies aderat: quum tu iustissime chirō Bis septē stellis corpore cinctus eras. Citare pfecit: pre- **Preficere** posuit pulsāde cytbare: ē .n. preficere alicui rei agende aliquē ppōnere. vnde superius dixit. Me venus artificē tenero prefecit amori. hic prefecti vrbis dicti sunt. Contudit: domuit a contūdo verbo. Exterruit socios: cētauros perterfecit: quum pelion habitaret: vnde chiron apud Statium ita Tethim alloquitur. ipi mihi sepe queruntur. Centauri raptasque domos: abstractaque coram Armenta et campis semet fluuiisque fugati. Annosum senem longeuum chironem. Pertimuisse: formidasse. Iuuenalis. Metuens virge iam grandis achilles Cantabat patriis in montibus: et cui non tunc Eliceret risum cytharedi cauda magistri. Quas hector sensurus erat. hoc dicit: quoniam Achiles hectorem occidit. Vterque puer: et cupido et Achiles. Nat⁹ vterque dea. cupido ex venere. Achiles ex tethide. Sed tamen et tauri ceruix. Tauri et equi exēplo probat cupidinē posse gubernari. Excutiatque faces: accēdat in me **Faces cupidinis** faces: nā cupido nō solū amātes sagittis ferire dicit: sed etiā face incēdere. Qui. in met. Tu face nescio quos esto ɔtentus amores irritare tua. et Iuue. Nec pharetris veneris mace[...]t aut lāpade feruet. Vltor ero: vlciscar accepta vulnera tanto acrius docendo modum amandi. Non ego

Tiphys in emonia puppe magister erat.
Me venus artificem tenero prefecit amori:
Tiphys et autumedon dicar amoris ego.
Ille quidem ferus est: et qui mihi sepe repugnat:
Sed puer est etas mollis et apta regi.
Phillyrides puerum cithare prefecit achillem:
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui toties socios: totiens exterruit hostes:
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas hector sensurus erat poscente magistro
Verberibus iussas prebuit ille manus.
Eacide chiron: ego sum preceptor amoris:
Seuus vterque puer: natus vterque dea.
Sed tamen et tauri ceruix oneratur aratro:
Frenaque magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cedet amor: quamuis mea vulneret arcu
Pectora: iactatas excutiatque faces.

phebe datas: nō dicā me artē amatoriā ab appolline: nō ab auiū auspicijs: non a musis: sed ab vsu: & longa amādi peritia accepisse. Voce aerie auis: garritu volucrum: quē augures maxime obseruabant. Nec mihi sunt vise clio: Hesiodum dicit: qui quū patrijs oues pasceret iuxta helicone: a musis ad fontē hippocrenē ductus poeta euasit. Ascra āt vicus est in thespijs iuxta heliconis partē: quā Dius & pimicides Hesiodi parentes incoluerūt relicta patria cuma. Clio autem vna est ex musis: sic appellata propter gloriā: que ex poetarū laudibus oritur: vt diodorus scribit.

Hesiod'
Ascra
Clio
Muse

Quo me fixit amor: quo me violentius vssit:
Hoc melior facti vulneris vltor ero.
Non ego phebe datas a te mihi mentiar artes:
Nec nos aerie voce mouemur auis.
Non mihi sunt vise clio: cliusq; sorores:
Seruanti pecudes vallibus ascra tuis.
Vsus opus mouet hoc: vati parete perito:
Vera canam: ceptis mater amoris ades.
Este procul vitte tenues: insigne pudoris:
Queque tegis medios instita longa pedes.
Nos venerem tutam: concessaq; furta canemus:
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Principio quod amare velis: reperire labora:
Qui noua nunc primum miles in arma venis.
Proximus huic labor est: placidā exorare puellā.
Tertius vt longo tempore duret amor.
Hic modus: hec nostro signabitur area curru:
Hec erit admissa meta terenda rota.

Cliusq; sorores: reliquas musas intellige: quas Hesiodus dicit iouem ex Mnemosine: hoc est memoria genuisse: cū qua nouem noctes ɔcubuit i pierio mōte: Theodontius Tespiam matrem fuisse dicit: a qua Thespiades appellantur a poetis: Diodorus scri. i Osiridis exercitu nouē adolescētulas fuisse: & cātu & alijs disciplinis eruditas quas greci appellant Musas: q̄ hoies bōa vtiliaq; doceāt & que ab indoctis ignorātur: has appollinē docuisse dicunt: qua ex re musicus ē appellatus. pauci ex poetis in quib' est alcmeon: eas filias eē celi & t're aiūt: quidā tres. Alij in quib' Homerus nouē fuisse pulchritudine eximia scribunt: plura de his Diodorus in quinto Clius aūt gtūs ē grec'. nā latin' eēt clionis: vt fabius docet. cuius verba hec sunt. Nūc recētiores i stituerūt grecis noibus grecas potius declinationes dare: qđ tamē ipsū nō sp fieri pōt. mihi aūt placꝫ latinā rōnē sequi: quousq; patit decor. neq; n. iā Calipsonē dixerim: vt iunonē q̄q̄ secutus antiquos cesar vtit hac rōne declinādi: sed auctoritatē ɔsuetudo supauit: i cerere: q potuerūt vtroq; mō nō indecenter efferri. qui grecā figurā sequi malet: nō latine quidē: sed citra reprehensionē loquetur Priscian' quoq; ita scribit. In o pductā desinētia greca sunt feminina: & grece declinantur: vt Māto Mantus: vel addita nis faciunt genitiuū: vt dido didonis calypso onis. io ionis. Vsus opus mouet hoc: vsu & experientia. doctus hec canto: quidā legūt vsus monet hoc: vt sit vtilitatis cā hec scribo. superior sentētia magis placet. Ceptis mater amoris ades. venerē inuocat. Estote procul vitte tenues. reijcit matronas castissimas: quas tenui vitta & instita denotat. Sic alibi. Ecquid ab hac oēs rigida submouimus arte: Quas Stola contingi sumptaq; vitta vetat. & Tibullus. Sit mō casta doce: q̄uis nō vitta ligatos Impediat crines nec Stola longa pedes. Stola autem [vt Marcellus scribit] matrone vtebantur ad imos pedes: quā instita assuta: hoc ē tenuissima fasciola ambibat: hanc nōnulli Limbum appellant. Venerem tutam: ignobiles feminas: ad quas est aditus tutus: quum e diuerso ad nobiles periculosus sit. vnde dixit Horatius in sermonib'. Hic se precipitem tecto dedit: ille flagellis Ad mortē cesus: fugiens hic decidit acrē Predonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos. Hunc

Thespiades
Clius
Genitiu'
Grecus
Vitta
Stola
Instita
Limbus

perminterunt calones: quin et illud accidit: vt quidā testes caudamq; salacē Demeterent ferro. Concessaq; furta: coitus lege pmissos: et aditu faciles. Intelligit aūt nō modo ingenuas mulieres et ignobiliores: sed et libertinas: de quibus etiā Horat. ita scribit. Tutior at q̄to mars est in classe secūda. Libertinarū. furta aūt p coitu posuit. Sic maro. Vulcani venerisq; dolos et dulcia furta. Principio qđ amare velis. Tria sese docturū esse amātes pponit. primo inueniendam esse amicā. Deinde blanditijs alliciendā. Postremo diutius conseruandā in amore precipit. Miles amator et miles cupidinis. Amorē eiꝰ militie speciē appellat Ouidꝰ: et amātes milites amoris. In noua arma: in nouā militiā amoris tanq̄ tyro: vel nouus in arma per figurā. Proximus labor. secūdus labor. Cicero. Proxima erat hortensij sentētia. Huic labori scilicet inueniēde puelle. quā ames Exorare. precibus et blanditijs tibi morigerā reddere. Tertius vt longo: vt amor diutius cōseruet. Hic modus. hec mēsura. Nostro curru: nostris preceptis. est enim Similitudo ab auriga sumpta. Signabit area. describet spatiū operis. sicut in area aurige currētes solent currēdi spatia designare et eligere. Area aūt est locꝰ purgatus: cylindroq; cōsolidatus: vbi frumentū triturant: cuius formā Varro describit: dicta ab ariditate: q̄ exaruerit et nō possit quicq̄ generare: vt scribit Pōpeiꝰ. Sed in vrbibus eas dicimusq; q̄s greci plateas appellant. Liuius. Ea ē Area ante telluris edē. Hec erit admissa meta currendū erit per hoc spatiū: persistit adhuc i meta phora aurige: Mete autem formā Nestor apud homerū libro. xxiij. iliados ita describit.

Area

Dum licet: et loris passim potes ire solutis:
Elige cui dicas: tu mihi sola places.
Hec tibi non veniet: tenues delapsa per auras:
Querenda est oculis apta puella tuis.
Scit bene venator: ceruis vbi retia tendat:
Scit bene: qua frendens valle moretur aper.
Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos:
Nouit: que multo pisce natentur aque.
Tu quoq; materiam longo qui queris amori:
Ante frequens quo sit: disce puella loco.
Non ego querentem: ventis dare vela iubebo:
Nec tibi: vt inuenias: lōga terēda via est.
Andromedē perseus nigris portauit ab indis:
Raptaq; sic phrigio graia puella viro.

Mete Forma

Extat ligno aridum vlne longitudine supra terram siue quercus siue tilia [neq; enim imbre fatiscūt] Duo aūt vtrinq; lapides albi et ob triton iter firmissimi: planus circū. Hippodromus: id quidē alicuiꝰ iampridem defuncti terminū vel carceres a maioribus institutos arbitror: quod nunc Huic numeri Achilles destinauit: vt meta sit. hanc tu curribꝰ propius actis petere: in eumue in sinistram flectens. Dextrū autem equum stimulo et voce protereas: leuus mete propinquet: et radens metam stringat: et tū ad lapidem nō offendat: ne forte et equi ledantur et frangantur currus. Admissa rota: admoto vel cereri curru.

Admissū

Ouidius i met. Admisso sequitur vestigia passu. et Valerius Maximus. Nocte admisso equo thebanam contendit. Dum licet. dum nihil tibi obstat: vel dū fas est per etatē: nā senem nō decet amare. deridet enī ab oībus Tibullus. Hunc puer: hunc iuuenis turba circunterit arcta: Despuit in molles et sibi quisq; sinus. aut certe dum nullo es alio amore irretitus. Loris solutis. amota omni alia cura. Elige cui dicas. elige puellā: que tibi placeat. Scit bene venator. venatoris exemplo querendam esse puellā docet. Aucupibus noti frutices. scit quoq; auceps aues in fruticibus versari. Est autem Frutex qui ad iustā arboris magnitudinem non assurgit. De frutice lege Theophrastrum in primo. Qui continet hamos. periphrasis est piscatoris. Longo amori. diu duraturo. Dare vela. non est inquit longius nauigandū: vt puellam inuenias quemadmodum fecit paris: qui [vt tradunt poete] suadente venere: q̄ pro se iudicium tulisset in ida: vt apuleiꝰ in met. ostendit: in greciam nauigauit. Herodotus tamen aliam huius nauigationis causā fuisse

Frutex

ostendit. Longa terenda via est. nō etiā peragranda erit terre vt fecit Perseus. Qui a polyclete Magnetis filio ad gorgonas missus Andromadē inuenit in littore ceto expositā crimine matris Cassiopes: que ausa est nereidibus se pulchritudine proferre: eamq; liberauit: vt in met. docunt Ouidius. Quare ab andromede nō minorem animi beniuolentiā pro beneficio accepit. naz neq; pater Cepheus Ethiopum rex: nec Cassiopea mater ab ea potuerūt impetrare: quin parentes ac patriā relinquēs persea sequeref: higynus auctor. Nigris portauit ab indis. In Joppe Perseus

Tot tibi namq; dabit formosas roma puellas:
Hec habet: vt dicas: quicquid in orbe fuit.
Bargara quot segetes quot hʒ methina racemos:
Equore quot pisces: fronde teguntur aues.
Quot celū stellas: tot habet tua roma puellas:
Mater ꝛ enee constat in vrbe sua.
Seu caperis primis: ꝛ adhuc crescentib⁹ annis.
Ante oculos veniet vera puella tuos.
Siue petis iuuenē: iuuenes tibi mille placebunt:
Cogeris voti nescius esse tui.
Seu te forte iuuat sera: ꝛ sapientior etas:
Hoc q̄ʒ crede mihi: crebrius agmen erit.
Tu modo pompeia lentus spatiare sub vmbra:
Cum sol herculei terga leonis adit.

que est in palestina ante diluuiuʒ condita: vbi cepheus regnauit: id factum fuisse predicant. vnde Mella scri. Incole bellue Marine ossa ostentāt immania vestigiū seruare Andromede. Idem Strabo. Josephus. ꝛ Plini⁹ scribunt. Oui. vero id ethiopia fuisse asserit: idē sentit Higyni⁹. nigris autem hoc est fuscis solis ardore. Sic ꝛ Sappo placuit cepheia p̄seo Andromede patrie fusca colore sue. Sūt eni indi auctore herodoto Jarti vt etiaʒ Ethiopes. ꝛ eorū quoq; genitura atra: qualis corporum color. Indos autē pro ethiopibus posuit: vt Virgilius. Sola india nigrum fert hebenuʒ vbi Seruius dicit indiā pro omi plaga ethiopie accipiendam esse quis plinius aliter senserit. De ethiopibus legito Herodotum in tertio ꝛ septimo libro. Quicquid ī orbe fuit: rome dices esse omnes orbis puellas. Bargara quot segetes. Bargara vt scri. Macrobius sunt in Misia: que est hellesponti prouincia. Sed significatio nominis ꝛ loci duplex est. Naʒ ꝛ cacumen montis ide: ꝛ oppidum sub eodem monte hoc nomine vocatur. hic autem pro oppido accipitur frugum feraci: sicuti est tota Misia ob humorem solis. Virgilius. Ipsa suas mirantur Bargara messes: Methymna racemos. Methymna vt Strabo scribit est vrbs lesbiorum: in qua vinum optimum nascituri. Virgilius. Quam Methymneo carpit de palmite lesbos Mater et Enee. venus Enee mater rome sedem habet et quo ostendit lasciuas esse romanas mulieres. Seu caperis primis. hanc Horatius comparat ceruino filio etate naturaq; pauido et querenti matrem quam perdiderat. Siue petis iuuenem maiorem natu puellam. Cogeris voti nescius esse tui: ignorabis que. nam ex tam multis puellis eligenda sit. Sera et sapientior etas. eas intellige que annum tricesimum excedunt. Tu modo Pompeia. Porticus olim rome erigebantur ad inambulationes et vmbras. Inter ceteras maxime fuit Admirationis Porticus Corinthia ad circum Flaminium erecta a Gneo Octauio: ita appellata propter es corinthium: quod erat in columnis. Eadem dicebatur Porticus persei: vbi erat Tabula picta habens lacedemonem et Eurotam fluuium. Fuit etiam Pompeiana porticus in campo Martio ingenti sumptu edificata: et vt scribit Plinius clara pictura Antiphili pictoris: qui Cadmum et Europem pinxit. Martialis. Inde petit centum pendentia tecta columnis. Illic Pompeii dona nemusq; duplex. Sane pompeius: et Diuus Cesar: et Octauianus: et eius filii et familiares et vxor et soror vrbem edificiis ornarunt: vt Strabo docet. Quum sol herculei. Quum sol est in leone. Sol enim

Joppe

Indi ethiopes

Bargara

Methymna

Portic⁹ corinthia

Portic⁹ persei

Porticus Pōpeia. tertiodecimo calendas augustas [vt in .xij. docet columella] in leonē trāsitū facit. Designat aūt estatem. Sol em̄ ab ariete incipiēs ver ondit. ꝛ Taurum et geminos transiens idem significat. Sol in leone. Sed iam capitibus geminoꝝ circulum estiuū tangere videt. Et p cancrū ꝛ leonē transiens et virginem estatē efficit. Et rursum a virginis extrema parte transire ad equinoctialē circulū perspicitur. In libra aūt equinoctiū conficit et autūnum significare incipit. Ab hoc signo transiens ad scorpium ꝛ sagittariū. Deinde ꝓtinus incurrit ad hiemalē circulū: ꝛ a Capricornio aquario: piscibus hiemen transigit: auctor Higynius. Leonis herculei. Nemeeū leonē dic: quē hercules [vt higynius docet] inermis occidit: et inter sydera collocat⁹ est. Aut vbi muneribus. Sūt q̄ intelligāt de templo cōcordie: quod edificauit Liuia Germanici mater: cui⁹ meminit Ouidius in fastis. Id postea a Tyberio dicatū scripsit Suetonius. [Mihi mag⁹ placet] itelligas de porticu octauie Theatro Marcelli filij ꝓxima. Nā [vt Suetonius scribit] Augustus q̄dam opa sub noīe alieno nepotū scꝫ ꝛ vxoris sororisq̄ fecit: vt Porticum Basilicamq̄ Lucij ꝛ Caij. Itē Porticus Liuie ꝛ Octauie Theatrumq̄ Marcelli. Nec clara erat picturis Antiphili: qui Hesionā nobilē pinxit ꝛ Alexandrū ac Philippū cum Minerua. Et androbij: qui pinxit herculē ab eta mōte exusta mortalitate cōsensu deoꝝ in celū euntem. Laomedōtis circa herculē ꝛ Neptunū historiā. Externo marmore. Peregrina marmora. Laconia. Armenia. Phrygia. Numidia. Paro egypto: atq̄ caristo aduehebantur: vt Plinius docet Iuuenalis. Grecis lōgeq̄ petit⁹ marmorib⁹. Priscis tabellis. Antiquoꝝ pictoꝝ clarissimis picturis q̄ in porticibus locabātur. Liuia nomen hꝫ. porticus Liuie meminit Ouidius in fastis eo carmine. Disce tn̄ veniens etas vbi Liuia nūc est porticus immense tecta fuisse domus. In area huius domus fulmine icte Liuiā porticū edificatū scribit etiā suetonius. Queq̄ parare necē: porticū apollinis palatini intelligit. nam [vt Tranq̄llus scribit] Augustus templū apollinis in parte Palatine domus excitauit: cui addidit Porticus cū bibliotheca greca latinaq̄. In ea erāt imagines Danaidū q̄nquaginta. Ouidius in tristib⁹. Ducor ad intonsi candida templa dei. Signa pegrinis vbi sunt alterna columnis Belides ꝛ stricto stat ferus ense pater. ꝛ ꝓpersius. Inter q̄s Danai femina turba senis. Danaus aūt q̄nquaginta habuit filias: cuius q̄ū frater egypt⁹ totidē filios haberet: peteretq̄ ab eo: vt filias illis in matrimoniū daret: Danaus q̄ ab oraculo accepat fatum sibi a genero imminere: diu id recusauit: coactus tandē a fratre: nuptias celebrat. Puelle acceptis a patre gladijs vt iussum erat prima nocte viros occiderūt. Sola hipmestra linum maritū seruauit. vnde eas torqueri apud inferos fabulant poete. Ouidius in Ibim. Queq̄ gerunt humeris perituras Belides vndas. Exulis egypti turba cruēta nurus. ꝛ Tibullus. ꝛ Danai proles veneris q: numina lesit. In caua lethea dolia portat aquas. Miseris patruelibus: miseris maritis. sunt em̄ patrueles: qui et fratribus nascunt. Belides. Danaides. est enim patronymicum ab auo deductū. Belus em̄ pater fuit Danaj ꝛ egypti. Stricto ense. nudo gladio. Nec te ꝓtereat. In templis adulteria exerceri solita docet Iuuenalis: q̄ū ait. Nam quo non ꝓstat femina templo. Intelligit antē hic Ouidius de templo veneris que ritu assirio rome colebatur cum adone maxima veneratōe. Ea enī apud assyrios siue phenicas lugēs inducit: cuius rei causam assignat Macrobius. Idem etiā refert simulacrū eiusdē dee in mōte libano fingi capite obnupto: specie tristi: faciē manu leua intra amictū sustinēs lachrymasq̄ visione conspicientiū manare credi. Strabo etiam refert in cynere regia Biblo Adonidis templa fuisse: eamq̄ vrbē tyranno oppressam fuisse pompeio liberatā. De venere nullā facit mentionē. Iuuenalis quoq̄ ostendit gentē ex orōte qui fluit inter libanū ꝛ antilibanū iampridem romā puenisse: q̄ū ait. Iampridē in tiberim Sirus defluxit orontes. Et linguā ꝛ mores ꝛ cum tibicine chordas. Obliquas necnō gentilia tympana secū Vexit: ꝛ ad circū iussas ꝓstare puellas. Fuit autē adonis filius regis

> Aut vbi muneribus nati sua munera mater
> Addidit: externo marmore diues opus
> Nec tibi vitetur: que priscis sparsa tabellis
> Porticus: auctoris liuia nomen habet.
> Queq̄ parare necē miseris patruelibus ause
> Belides: ꝛ stricto barbarus ense pater.
> Nec te pretereat veneri ploratus adonis:

Side notes: Porticus Pōpeia. — Sol in leone. — Porticus Octauie. — Marmora pegri. — Porticus Liuia — Porticus Apollinis palatini — Danaus ꝛ egyptus. — Patrueles — Venus. Assyria

Cinyre: et Mirrhe eius filie: quē ardētissime amauit Venus. sed ab apro vulnerat⁹ interiit nō sine dee luctu maximo. is deinde in florem mutatus est: vt docet Ouidius in methamorpho. Est sane adonis (vt docet Seruius) numen coniunctū veneri: vt Virbius Diane: Matri deū attis: Minerue Erichthonius. Cultaq3 iudeo: Cerimonias iudaicas accipe: ad quas confluebant ro= romane puelle: sed eas Tiberius postmodū compescuit. Unde Suetonius ita scribit. Externas cerimonias egyptios: iudaicosq3 ritus compescuit: coactis q̄ supstitiōe ea tenebantur religiosas vestes cum vestimēto omni comburere. Iudeorū iuuētutē p̄ spēm sacramenti in p̄uincias grauioris celi distribuit. Reliquos gentis eiusdem vel similia sectātes vrbe summo vt sub pena ppetue seruitutis nisi obtemperassent. Iuuenalis etiā partes arguit qui superstitionib⁹ iudeorū filios imbuebāt. Septima sacra. Cerimonie iudeorum que fiebant septimo quoq3 die: quē iudei sabbatū appellant Latini vero Saturni diem. sabbatum em̄ (vt Josephus scribit) requiē significat: q septimo die de⁹ quieuit mūdo cōstructo. Apion vero ita appellatū scribit: q̄m iudei labore fessi eo die dolore splenis correpti sunt: a sabbo quod splenem significat. Alij scribunt Moysem iudeorū ducē mōtē synai occupasse: in quē venerat p̄ deserta arabie magna fame et siti: in..to frumēto & aqua septimo die recreati sunt. vnde Sabbatū. i. diem quietis dixerunt: q̄ in omne euū ieiunio a Moyse sancitus est: auctor Trogus. hūc aūt diem adeo supstitiose seruabāt iudei vt eorū munitiones Pompeius ceperit obseruato ieiunij die: quo ab omni tpe abstinēt. auctores Strabo & Josephus. Nec fuge niliace. Templū Isidis dicit. quod fuit p̄ximū ei campo: qui erat coniunctus campo Marcio. Iuuenalis. Isidis ātiquo que p̄xima surgit ouilis. & Martialis. Hic quoq3 deceptus mēphitica sacra frequētat: Assidet & cathedris incesta iuuenca tuis. Huius dee sacra celebrabant quotānis a mulieribus decem cōtinuis diebus: vt ostēdit ꝓpertius vbi sepenumero scortatiōes: & lenocinia parabant. Iuuenalis. Aut apud Isiace potius sacraria lene. Mēphitica sacra egyptia accipe. Mēphis em̄ vrbs in angustijs egypti sita fuit: cōditaq3 a Mine p̄mo rege egyptiorū: vt docet Herodotus. Diodorus tn̄ ita scribit. Mēphis dicta est a filia conditoris ogdoi regis: cū qua nilus sub imagine tauri dr̄ cōcubuisse: ex qua is postea nat⁹ ē quē ꝓpter virtutē incole egyptū dixere: a quo & regio omnis denoīata est. Iuuēce niliace. Isidis quā Juno mutauit in vaccā vt Ouidius docet. niliacā aūt egyptiam accipe a Nilo flumine egypti. vnde romā eius sacra aduecta fuere: que longo carmine execrat Propertius cū ipa dea. Alij legunt linigere: q sacerdotes insidijs lino tecti sacra dee celebrabant: quorū habitū & pōpā luculentissime describit Apuleius in met. Multas illa facit. multe illic subagitant. vnde Josephus libro. xviij. antiquitatis iudaice scribit. iuuenē quendā noīe Mondū miro commēto cōcubuisse cū Paulina romana in templo Isidis. Quod fuit ipa ioui. nā io. q̄ postea isis dicta fuit a ioue cōpressa est. Et fora cōueniūt. Rome forū Caij Cesaris fuit. quod etiā latiū dicebat. Papinius. Que sup imposito molles gēmata colosso Stat latiū complexa forū. & alibi. Latie q̄ cōtra templa diones Cesarei stat sede fori. Alterū dicebat romanū vel vetus. Martialis. Romanum ꝓpius diutiusq3 forū est. Tertiū extruxit Augustus cū ede martis vltoris. Suetonius. Fori extruendi cā fuit hoīm & iudiciorū multitudo que videbat nō sufficiētibus duob⁹ etiā tertio idiget. Foro arguto. fremēti litigantiū vocibus. Subdita q̄ veneris. Appiam aquā dicit. Nā Appius Claudius: vt Liui⁹ refert: in censura viā muniuit: q̄ a porta latina siue Capena: quā et Fōtinalem Pompeius appellat. Brundusiū vsq3 (vt docet Strabo) ducebat. Papini⁹ est locus ante vrbem qua primū nascit ingēs Appia: quaq3 italo genit⁹ almone cybelle ponit. Idē q̄3 aquā appiam in vrbem induxit: a quo ita appellata mox fuit. De q̄ ita scribit Frōtin⁹. Concipit appia in agro luculano via p̄nestina inter miliarū. xi. & xij. diuerticulo sinistrosus passuū. m. clxxx. duct⁹ ē. Habz

Cultaq3 iudeo septima sacra viro.
Neu fuge niliace mēphitica sacra iuuence:
Multas illa facit: quod fuit ipsa ioui.
Et fora conueniūt (quis credere posset) amori:
Flāmaq3 in arguto sepe reperta foro est
Subdita q̄ veneris facto de marmore tēplo est
Appias expressis aera pulsat aquis.
Illo sepe loco capitur consultus amore:

Adonis
Cerimonie iudaice
Sabbatū
Templum Isidis
Mēphis
Forum
Appia Aqua

Via. Appia.

longitudinē a capite vsq̄ ad salinas:q̄ locus est ad portā Tergeminā passuū.xi.miliū.cx.sursum xi.miliū.cxxx.supra terrā subtractor:⁊ arcuatā ꝓxime ad portā Capenam passuum. lx. Facto de Marmore. Nam in foro.C.Cesaris erat edes veneris Genitricis:quam fecit archelaus:sed festinatione dedicādi reliq̄t impfectā.erat p̄terea ꝓpe viam sacrā templū veneris cloacine: ⁊ i capitolio edes veneris calue ⁊ apud portā colinā templuꝫ veneris Erycine: cuiꝰ in fastis meminit

Edes veneris. Genitricꝫ

Ouidius. Appias aqua ab appio censore eo ducta:vbi postea forū cesar extruxit. Expressis:eiaculatis:emissis. Aera pulsat. aq̄ eīn e fontibus in altuꝫ erumpens aerem ferit. Cōsultus. iurisperitꝰ. Alijs cauit.reos defendit. Desunt sua verba. nescit iurisperitus vti apud amicā eloquētia: qua i foro vti solꝫ. Resq̄ noue. noue cāe nō iudiciales:sed amoꝝ. Sed tu precipue. Femie ad spectādos ludos ex omni vrbis parte in theatrum decurrebant. Iuuenalis. Cuneis an hīt spectaculo totis. Qd̄ secutus ames. quodq̄ inde excerpere possis. ⁊ ꝓpersius. Tu neq̄ pompeia spaciabere cultus in vmbra. Nec quū lasciuū sternet barca forum. Colla caue inflectas ad summuꝫ obliqua theatrum. Venare. Tanq̄ venator amicā inq̄re. Curuis theatris. Curuū theatrum appellat ꝓpter formā hemicicli quā obtinebat:vt cassiodorus scribit. Voto fertiliora tuo. i theatro vberior:est puellaruꝫ copia q̄ꝫ posses cupere. Thyma summa.summas

Quiq̄ alijs cauit:non cauet ille sibi:
Illo sepe loco desunt sua verba diserto:
Resq̄ noue veniunt:causaq̄ agenda sua est.
Hunc venus e templis:que sunt confinia:ridet
Qui modo patronus:iam cupit esse cliens.
Sed tu precipue curuis venare theatris:
Hec loca sunt voto fertiliora tuo.
Illic inuenies:quod ames : quod ludere possis
Quodq̄ semel tangas:quodqꝫ tenere velis.
Vt redit:itqꝫ frequēs longū formica per agmen
Granifero solitū dum vehit ore cibum
Aut:vt apes saltusq̄ꝫ suos:⁊ olentia nacte

Thymuꝫ

partes thymi.est eīn thymū herba apibus gratissima. Virgilius. Netine galathea thymo mihi dulcior hyble. Floret circa solstitia:quū et apes deceperūt.⁊ auguriū mellis est.ꝓuentū enim sperant apiarij florēte eo. Primus sollicitos a romulo primū in theatro cepisse lasciuā licentiā ostēdit. Ludos sollicitos:inquietos ⁊ curarū amoris plenos. Consualia designat:quibus Sabine rapte sunt.nota est historia a Liuio ⁊ Dionysio et Plutarcho celebrata:quā ēt i tertio fastoꝝ luculentissime describit Ouidius.tūc neq̄ marmoreo: Vela in theatris vmbrā fecere. quod primus oīm inuenit. Q.Catulus: quū capitoliū dedicaret. Carbasina deinde vela ꝓmus in theatro duxit lentulus Spinter. Appolinaribus ludis. Mox cesar totum foꝝ romanū intexuit: viamq̄ sacram ab domo sua ad cliuuꝫ vsq̄ in capitolium. auctor Plinius. Pendebāt sic. et ꝓpersius. Nec sinuosa cauo pendebant vel a theatro. Marmoreo theatro. Theatro non ex marmore structa erant:vt postea theatrū Pompeij mansurū:⁊.M.Scauri theatrū opus maximū oīm:que vnq̄ fuere humana manu facta.scena fuit ei triplex altitudine.ccc.lx.columnarum. Ima pars scene e marmore fuit:media e vitro:summa tabulis inauratis. Columne ime duodequadragenū pedum Signa erea inter columnas fuerūt tria milia numero. Cauea ipā cepit hoim.lxxx. milia. auctor Plinius.verū ꝓus subitarijs gradibus ⁊ scena in tp̄s structa ludos edi solidos: ⁊ si vetustiora tpa repetamus stantē populū spectauisse scribit Tacitus libro.xiiij. Nec fuerant liquido Croco trito et mero infuso vase vitreo: quod Martialis Nimbū appellat.spargebant theatra poplo nimia opulentia luxuriante:vt testis est Plinius. Ouidius in fastis. Nec fuerāt rubri cognita fila croci. et propersius. Pulpita solēnes nō oluere crocos. Illic quas tulerāt. Scena ꝓus frōtibus e palatino mōte decerptis ornabatur. At postea claudius Pulcher scenaꝫ varietate coloꝝ adūbrauit. vacuis ante picturā tabulis extentā:quā totam argento. P.antoniꝰ. Auro petreius. Ebore. Q. Claudiꝰ p̄texuit. Versatilē fecerūt Luciꝰ ⁊ Cina locū: quē argētatꝫ coragijs. P.Letulꝰ Spinter adornauit.auctor Valerius Max. scena aūt [vt seruius docet] inumbratio interpretatur: q̄ a rusti

Cōsualia.

Vela in theatris.

Theatra. marmore

Vino spgebātur Theatra. Nimbum

cis primū iumbrationis causa repta fuit ad carmina decantanda. sed postea theatri pars ita appellari cepta est. theatrū enī: vt cassiodorus tradit erat in hemicicli spēm: cuius frons: que velut chordā inter arcus. cornua pater scena appellat. Qualibet hirsutas: coronā frondeaz gestabant maiores in spectādis ludis: postea tanta inoleuit luxuria: vt etiā rosacea ceperint vti. vnde Plinius scribit. L. Fuluiū argentariū bello punico secūdo cū corona rosacea interdiu e pergula sua in forū prospexisset: ex auctoritate senatus in carcerē adductū nō āte finez belli emissum esse. Co-

Scena. Theatrum

Pascua per flores: et thyma; summa volant
Sic ruit in celebres cultissima femina ludos
Copia iudiciū sepe morata meū est.
Spectatū veniūt: veniūt spectentur vt ipse.
Ille locus casti damna pudoris habet.
Primus sollicitos fecisti romule ludos:
Cum iuuit viduos rapta sabina viros.
Tunc neq marmoreo pendebāt vela theatro:
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco
Illic quas tulerāt nemorosa palatia frondes
Simpliciter posite: scena sine arte fuit:
In gradibus sedit populus de cespite factis:
Qualibet hirsutas fronde tegēte comas:
Respiciūt: oculisq notat sibi quisq puellaz
Quam velit: et tacito pectore multa mouet:
Dūq rudez prebente modū tibicine thusco
Lydius equatā ter pede pulsat humum.
In medio plausu (plausus tūc arte carebat)
Rex populo prede signa petenda dedit.
Protinus exiliūt: aīm clamore fatentes:

mas hirsutas: q: romani antea intonsi fuerūt. Horati?. Nō ita Romuli pscriptū et intonsi catonis auspicijs veterumq norma. Et Varro in re rustica. Olim tōsores non fuisse significāt antiquorū statue: q plereq hnt capillū et barbam magnā: sed tōsores [auctore Plinio] in italiā ex sicilia venere post romā cōditā āno. cccc. liiij. adducēte. P. Ticinio mena. Respiciunt. lustrāt et inquirūt quē rapiāt. Tacito pectore: tacēdo ei cogitabāt. Rudē modū: rudē modulationē. nā dū pcinūt rudes vident vl forasse rudibus adhuc hui? artis hetruscis: q: nondū tam inflexa aīa sono: nec tam pluriformi mō: nec multi foratili tibia vtebant. Tibicine tusco: q: ex hetruria venerāt tibicines: quorū sacrifice tibie ex buxo fiebāt: ludicre vero ex loco arbore: Deinde ex ossib? asininis: postea ex argēto fane. Tibicē penultimā pducit q sineresis facta est duorū ij breuiū in longā: quū in reliqs corripiat: vt cornicē et fidicen. auctor Priscian?. Martialis Ebria nos madidis rūpit. Tibicina buccis Tibiarū musicā plutarchus in appolinē refert Alcei testimonio. At Plini? obliquā tibiā inde phrygio. Geminas tibias. Marsie tribuit. Apuleius Hiagnim Marsie patrē dicit in cauendo man? discapedinasse: primū duas tibias vno spiritu aiasse: pmū leuis ac de tris foraminib? acuto tinnitu et graui bombo concentuz

Intensi romani

Tibicines Tibicen Tibiarium musica

musicū miscuisse. Lydi? eqtā. Ludi? seu histrio ex hetruria accersit?. Ducūt. n. a lydijs originē hetrusci. Vale. Max. de histriōe ita scri. eaq res ludiū ex hetruria accersēdi cām pbuit. cui? decora pnicitas vetusto ex more curetū lidorūq: a qbus hetrusci originē traxerūt: nouitate grata rōanorū oclos pmulsit. Et q: ludi? apd eos histrio appellabat scenico nomē histrioni īditū est. lydia et musica a lydia puīcia appellat: cui? auctor fuit āphiō: vt pli. docz. Ea erat querula. Apuleius. Seu tu velles eoliū simplex. Seu Asiū variū Seu lydiū qrulū Seu phrygiū religiosū: seu doriū bellicosū. Terpede pulsat humū. gesticulationē motu pedū edidit. In medio plausu. i media populi plaudētis leticia. Rex populo pde. Romulus signū dedit rapiēdi virgines Sabinas: qd vt docz Plutarchus: erat qn assurgēs ipse: qui cū optimatibus purpura indut? sedebat. purpuram in sinus cōtraheret: ac rursus contractā explicaret. Protinus exiliunt. quam primum discurrunt

Ludi? seu Histrio

Romuli signum.

Sabiarū numer⁹ — Geniale

ad rapiendas virgines. Ut fugiunt aqlas: Idē in met. Sic aquilā penna fugiūt trepidāte colūbe. Sine lege: sine ordine. Nam timor vnus erat: oēs pariter timebāt. Rapte aūt sabine fuerunt numero trigīta: vt nōnulli dicūt: a quibus & curias nūcupatas volūt. Ualerius antias. cccc. xxvij. fuisse scribit. Jubas aūt sex cētas: auctor plutarchus. Facies nō vna timoris: q̄ alie aliam timoris faciē ostēdebant. Genialis preda: generādis liberis parata. Virg. Lucent genialibus altis. Aurea fulcra thoris. aliter vero ab eodē dicit̃ innitat genialis hiems: hoc est voluptuosa

Uirginibus cupidas iniiciuntq; manus:
Ut fugiunt aquilas timidissima turba columbe
Atq; fugit visos agna nouella lupos:
Sic ille timuere viros sine lege ruentes:
Constitit in nulla: qui fuit ante color.
Nam timor vnus erat: facies non vna timoris:
Pars laniat crines: pars sine mente sedet.
Altera mesta sedet: frustra vocat altera matrem
Hec queritur: stupet hec: hec fugit: illa manet:
Ducuntur rapte genialis preda puelle
Et potuit multas ipse decere pudor:
Si qua repugnat nimiū: comitemq; negabat:
Sublatam cupido vir tulit ipse sinu.
Atq; ita: q̄d teneros lachrymis corrūpis ocellos:
Quod matri pater est: hoc tibi dixit: ero.
Romule militibus scisti dare commoda solus:
Hec mihi si dederis cōmoda: miles ero.
Scilicet ex illo solennia more theatra:
Nunc q̄z formosis insidiosa manent:
Nec te nobilium fugiat certamen equorum:
Multa capax populi commoda circus habet.

Atq; ita quid teneros. Liuius q̄z docet romanos precib⁹ que maxime ad muliebre ingeniū efficaces sunt Sabinas raptas cōciliasse. Solemnia theatra: in quibus solēnes ludi exhibentur. Insidiosa manēt: ex eo tēpore quo rapte sūt sabine: semper in theatris parate sunt puellis ab amātibus insidie. Nec te nobiliū: sunt q̄ hoc ad eq̄ria tantū referendū putēt: que fiebant quinto idus aprilis in circo. Maxime inter Palatinū & auentinū: de q̄b⁹ i fastis meminit Ouidi. his versib⁹. Circūferit pōpa celeber nūeroq; deoꝝ Primaq; vētosis palma petet̃ eq̄s. Hinc cereris ludi nō ē opus īdice cāe. Magis placet itelligas de ludis oib⁹ q̄ fiebāt i circo. Inter q̄s ēt Megalesiaci: q̄ in honorē magne matris celebrabantur magna hoīuz frequētia. Megalesia aūt [vt Varro doc3] sunt appellata a templo magne matris Megalesio: vn̄ ex libris Sibyllinis romā fuit aduecta. De Megalesiaci sita scri. Juuena. Interea Megalesiace spectacula Mappe Ideū solēne colit: similisq; triūpho Predo caballoꝝ ptor sedet: ac mihi pace Immēse: nimieq; licet si dicere pleb. Totā hodie romā circ⁹ capit: & fragor aurē Percutit: euētū viridis q̄ colligo pāni: Naz si deficeret mestam attonitāq; videres hāc vrbē Potes etiā ad ludos circenses referre. nā tacit⁹ scri. i ludis circēsibus pueros nobiles eq̄s ludicruz troie intre solitos. Multa cōmoda q̄ eo ꝯfluūt puelle. Circ⁹ b3: circ⁹ dict⁹ est q̄ circū metas pompa ferebat̃: & equi currebant: vt auctor est Uarro. Tres aūt Circos rome fuisse legimus: Maximū: Flaminiū vel Appollinarē: & Neronis in vaticano. Cur aūt flaminī⁹ ita fuerit appellatus docet Plutarchus i problema. Disponebat̃ aūt circ⁹ in formā spatiī oblōgi: & i summitate circi carceres erāt: vn̄ equi currib⁹ iūcti ad cursuz mouebant̃: & quū ad summū deuenissent reuoluebant̃: donec ad priorē metā deuenirent. In circuitu vero spectacula edificabant̃: quibus patres atq; eq̄tes spectabāt: q̄ a Liuio fori appellantur. Nil opus ē digitis non digitoꝝ signis: non capitis nutu vtendum est: sed libero sermone. solent enim amantes digitis

Megalesia — Circus — Fori

plerunq; aut alio signo. amice significare quid velint. Nota puelle voluntas: que nota significatur. Proximus ad dñam. Iuuenes in spectaculis ppe puellas sedebãt. Iuuenalis. spectent iuuenes quos clamor et audax sponsio: quos culte decet assedisse puelle. Et bene te cogit. sedendi ordo et locus iũgi te puelle. etiã si id ipa nollet. lineã autẽ appellat longũ sedendi locũ quasi quãdam lineã. veluti eam que in theatris disiũgebat pscenij pulpitũ et orchestre regionẽ. vt docz vitruuius in qnto. Sic etiã noiat in amoribus eo versu. Quid frustra refugis cogit nos linea iungi Linea

Nil opus est digitis per quos arcana loquaris:
Nec tibi per nutus accipienda nota est.
Proximus ad dñam nullo prohibente sedeto
Iunge tuum lateri: quam potes: vsq; latus.
Et bene te cogit: si nolit: linea iungi:
Qua tibi tangenda est: lege puella loci.
Hic tibi queratur socij sermonis origo.
Et moueant primos publica verba sonos.
Cuius equi veniãt: facito studiose requiras
Nec mora: quisquis erit: cui fauet illa faue.
At cũ pompa frequẽs certãtibus ibit ephebis
Tu veneri domine plaude fauente manu.
Vtq; fit in gremium puluis si forte puelle
Deciderit: digitis excutiendus erit.
Et si nullus erit puluis: tamen excute nullum:
Quelibet officio causa sit apta tuo.

Lege loci. qui est oibus cois. Tangenda est: iungendo te tmmõ. Et moueant primos. pmus sermo sit cum puella quisnã sit futurus victor in ludis ex oium snia. Cui' eq veniãt. Docet iuuenes studijs puellarum obsequi debere fauendo ei: quẽ ipa laudarit ex illis qttuor factionibus circensiũ ludorum a pãnis coloribus denoĩatis. vt cassiodorus tradit. solebant eni spectatores alij alijs currentibus hoib' fauere: quorũ studium Plinius ad caluisiũ his verbis deridet. Nũc fauent panno: pannũ amant et si in ipso cursu nõ mediocri certamine hic color illuc: ille huc transferatur studiũ fauorq; transibit et repente agitatores illos: quos procul noscitant: quorum clamitãt noia relinquet. nõnũq; spectatores facta sponsione ãnulos deponebãt. idem etiã docet sidoni' Apollinaris his versibus. Nicant colores albus et venetus virens rubescq; vestra insignia ptinet mistri Ora et lora manu iubasq; rotas cogũt flexilibus latere nobis. Hortatur q; obinter iuuãtq; blandis Vult' plausibus et voluptuosum Dictãt quadrupedãtibus furorem impellunt: trepidãt: trahũt: repugnant: Circensiũ Factiões

Ardescunt: saliunt: timent: timentur: Atquum pompa frequens. qualis sit hec pompa in ludis Megalesiacis docet in fastis Ouidius his versibus. Ibunt semimares et inania tympana tundent aeraq; tinnitus aere repulsa dabunt ipse sedens molli comitũ ceruice feretur Vrbis p medias exululata vias scena sonat: ludiq; vocãt spectate quirites Et fora marte suo litigiosa vacẽt De pompa etiam huius dee plura scribit apuleius in vltimo met. magis tamen placet hic intelligas de pompa et turma puerorum: qui Troiam ludebant in circo maximo: Quod ludicrum a Iulio cesare olim exhibitum fuisse suetonius docet. Idem factitatum scribit ab augusto et caligula. ludi originem habes apud Virgilium in quinto. Certantibus ephebis. vel pueris in ludo troiano pugnantibus vel digladiãtibus inter se cybeles sacerdotibus: qui [vt apuleius scribit] erant semiuiri effeminati cinedi: qui brachia renudata gladijs securibusq; sibimet desecabãt: et morsibus musculos incursabant: et membra cedebant flagro talis ouium tesserato multimodis pmulcabant ictibus. Ephebia aũt [vt scribit donatus] est pma etas adolescẽtie. Adolescentia extrema pueritia. greci eni [vt est auctor censorinus in libro de die natali] Adolescentulorum tres faciunt gradus vocant annorum. xiiij. Deinde ephebon vsq; ad. xvij. postea Exephebon. Tu veneri dñe. in pompa Megalesiaca nõ modo ipam cybelem deferebãt in circũ: sed alia quoq; numina: id quod etiã in pompa cereris fieri solitum testat' Ouidius in fastis et i amoribus: in

Pompa Megalesiaca

Ephebia

his aūt prima victoria precedebat: spectatoresq͡ alij alijs numinibus plaudebant. Amātes autē venerem potissimū assurgebāt: quā rem docet elegātissime Ouidius his versibus. Sed iā pompa venit: linguis animisq͡ fauete tempus adest plausus: aurea pompa venit. Prima loco fert sparsis victoria pēnis. Huc ades: ⁊ meus hic fac dea vincat amor. Plaudite neptuno nimiū q̄ creditis vndis. Nil mihi cū pelago: me mea terra tenet. ⁊ paulopost ita subsequit. Nos tibi blāda venus puerisq͡ potentibus armis. Plaudimus inceptis annue diua meis. iubet ergo poeta amatorem

Pallia si terre nimiū demissa iacebunt:
Collige et immūda sedulus effer humo.
Protinus officij preciū patiente puella:
Contingent oculis crura videnda tuis.
Respice preterea: post nos quicūq͡ sedebit:
Ne premat opposito mollia terga genu.
Parua leues capiunt aīos: fuit vtile multis
Puluinar facili composuisse manu.
Profuit ⁊ tenui ventos mouisse flabello:
Et caua sub tenerū scāpna dedisse pedem
Hos aditus circusq͡ nouo prebebit amori:
Sparsaq͡ sollicito tristis harena foro
Illa sepe puer veneris pugnauit harena:
Et qui spectauit vulnera: vulnus habet.
Dū loquitur tangitq͡ manu: poscitq͡ libellū:
Et querit posito pignore: vincat vter.
Saucius ingemuit: telūq͡ volatile sensit:
Et pars spectati vulneris ipse fuit.
Quid modo cū belli naualis imagine cesar

Pallium

plaudere debere: cum in circū venus defertur. Pallia si terre. palliū supra tunicā gestabat a viris et mulieribus. Effer humo. amoueas e loco immūdo: p̄ciū officij Apposito figura est. p̄ciū inquit officij tui erga puellam erit q͡ videbis eius crura. Parua leues capiunt anios: paruis hmōi officijs conciliant puelle: quas ideo dicit leues aīos habere: qm̄ sunt mutabiles. Virgilius. Variū ⁊ mutabile semp femina. Puluinar facili.

Puluinar
Puluin⁹

Puluinar vel puluinus est quasi lectulus qdā quo vtimur in sedendo. Cicero. Afferri iussit puluīos et omnes in suis sedibus sederunt. Significat etiam puluinus apud Pliniū ⁊ Columellā partem eminentiorē terre sulcū ex vtroq͡ latere sapientē: quī etiā lyra vocat. Composuisse. cōmode aptasse. legitur ⁊ supposuisse. Ventos mouisse flabello.

Flabellū

Flabellum est quo vtimur ad ventilandū estatis tpe vel ad abigēdas muscas. Terēti⁹ Heus tu dore cape hoc flabellū et ventulū huic facito. fiebāt autē flabella ex pauonis pēnis: vt martialis docet. Propersius. Et modo pauonis caude flabella superbe. Scāpna dedisse.

Scāpna

Scāpna sunt q̄ pedibus supponunt a scandendo dicta. Circusq͡: ⁊ circus ⁊ harena ministrabit viam cōsiliādē amice Sparsaq͡ sollicito: ludos gladiatorios itelligit: de q̄bus multa Iuuenalis. Exhibebant aūt i foro harena cōstrato. vnde harena p̄ loco accipit: vbi munus gladiatoriū exhibebat. tristē aūt harenā appellat p̄pter gladiatorū vulnera.

Ludi gladiatorij.

Solebāt aūt imperatores ad bellum p̄ficiscentes munus gladiatorum ⁊ venatus dare: vt scribit Julius Capitolin⁹ in pupiem balbiu gestis his v̄bis. Multi apud veteres dicūt hanc deuotionē factā cōtra hostes: vt nō sanguine litato spem pugnarū se neriores vim quandam fortune satiarēt. Ituros aūt ad bellum romanos debuisse pugnas videre et vulnera et ferrum: ⁊ nudas inter se cohortes: ne in bello armatos hostes timerēt: aut vulnera et sanguinē horrerēt. Vulnus habet: vulnerat a cupidine. Poscitq͡ libellū: q̄ p sortes diuinabat.

Sortilegia i circo

sortilegia enī et alia id genus diuinatōis in circo fuisse docet Cicero in primo de diuinatiōe. Iuuenalis. si mediocris erit spaciū lustrabit vtrūq͡ metarū. ⁊ sortes ducet. Saucius ingemuit: amator sensit se esse a cupidine vulneratū. Quid modo quum belli. Augustus cesar [vt Tranquillus scribit] p̄ter ceteros ludos quorū assiduitate: varietate: et magnificētia oīs antecessit. Dedit

etiã prelium nauale circa Tyberim cauato solo: in quo postea fuit cesarũ nemus: quibus diebus custodes in vrbe disposuit: ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. huius Naumachie meminit etiam Eusebius & Tacitus in .xij. libro. Persidas induxit. classem designat: quam M. Antonius (vt docet plutarchus) partim orientalibus copijs: partim viatoribus: agasonibus messoribus: adolescẽtulis p totam greciã a magistris captis collegerat: et contra Augustũ duxerat: que deinde apud actium deuicta & romã adducta in naumachia cesaris pulcherrimum prebuit spectaculũ: persidas ꝗ orientales accipe. Est eñ persis (vt scribit ptolemeus) regio: q̃ terminat a septẽtriõe media. Ab occasu susiana. Ab ortu duab' Carmanijs A meridie pte persicinus. Perse aũt cognominati sunt a perse filio persei & Andromedes. vocabant a grecis prius Cephenes. A se vo ipsis atq ab accolis Artei: vt docet herodotus libro septimo. Induxit. inuexit in cauatũ circa Tyberim solũ: vt pugnarẽt Cecropias Athenienses. hoc dic: q̃ Athene antonianas ptes secute sũt ab vtroq mari. ab orietali & occidentali plaga. Orbis in vrbe fuit: toti us orbis homies nisi fũt fuisse rome. Amor aduena: amor pegrine mulieris. Ecce parat cesar augustus finito hispano bello in syriaz ad cõponẽdũ orientis statũ pueit

Persidas induxit: cecropiasq rates:
Nempe ab vtroq mari iuuenes ab vtroq puelle
Venere: atq ingens orbis in vrbe fuit.
Quis nõ inuenit turba: quod amaret in illa:
Heu heu q̃ multos aduena torsit amor.
Ecce parat cesar: domito quod defuit orbi
Addere: nunc oriens vltime noster eris.
Parthe dabis penas: crassi gaudete sepulti
Signaq barbaricas nõ bene passa manus.
Vltor adest: primisq ducẽ profitetur in annis:

metũq phrahati iniũxit ne bellũ ptbie vellet inferre. Itaq tota parthia captum et Crassiano fine ãtbonij exercitu recollecti: signaq cũ his militaria augusto remissa: & & filij: nepotesq phrahartis obsides augusto dati. plusq cesar magnitudine nois sui fecit: q̃ armis alius impator facere potuisset. auctor Iustinus. scribit etiaz suetonius parthos & armenios vindicãti augusto facile cessisse & signa militaria: que. M. Crasso & antonio ademerant reposcẽti reddidisse: obsidesq obtulisse: quos quodã muneris die missos p mediã harenam ad spectaculũ induxit. Strabo et refert phrahartez regem parthorũ tm̃ circa cesaris amicitiã studuisse: vt etiã illi Trophea remitteret: q̃ parthi de romanis erexerãt: vt vocato in colloqo Tito: qui p id tps syrie perat: quattuor et filios legitimos obsides tradidit: sarospadez: cerospadem: phraatẽ: et hoonem: et duas eorum vxores & filios q̃ttuor seditionẽ metuẽs & ne sibi insidie struerent. Huius expeditiõis meminit ppersius ea elegia: q̃ ita incipit. Arma deus Cesar dites meditatur ad indos. Horatius. presens diuus habebit augustus. Adiectis britãnis imperio grauibusq psis. Hic aũt intelligendũ est de parthica expeditiõe: quã Tiberius auspicijs augusti suscepit. cuius meminit suetonius in Tiberio his verbis. Deinde ad oriẽtẽ exercitu ducto: regnuz armenie Tigrani restituit: ac p tribũali dyadema imposuit. Recepit & signa q̃. M. Crasso ademerãt parthi. Nũc oriẽs vltime. Idẽ etiã ppersius. Sera sed ausonijs veniet puincia virgis assuescẽt latino ptha Trophea Ioui Crassi gaudete. M. Crassum patrẽ & publiũ filiũ spectate virtutis adolescẽtẽ designat: quos parthi trucidarũt. Nã M. crassus a parthis victus ꝑlio: in quo etiã filiũ amisit: reliqas exercitus in colonem recepit. Euocat' deinde in colloquiũ ab hostibus: quoꝝ dux erat surenas velut de pace acturus a maxarthe occidit: sed surenã postea Orodes parthorũ rex eius glorie inuidens interemit. historiã habes apud plutarchũ et appianũ parthe dabis penas. Parthi scythe fuere vt docet Iustinus: et lingua scythica exules interptant: qm̃ parthorũ regnũ scytharũ exules cõdidere. sunt aũt populi persis finitimi vt docet strabo. Terminant ab occasu parthe medorum: a septẽtrione Hircania: ab oriẽte Aria: a meridie deserta carmanie: auctor ptolemeus. Signaq barbaricas signa a parthis his sunt adempta romanis. primo crasso deuicto. Deinde etiam. M. antonio. Vltor adest. Tiberium dicit. Primisq ducem. Tiberius enim iuuenis admodum in orientem

Naumachia augusti.
Classis M. anto.
Persis
Cephenes Artei
Parthi domiti ab augusto.
Crassi et Publij mors.
Parthi.

duxit exercitum. Bellaq; non puero. bellum sumit difficillimum: quod consumatissimuz exigit imperatorē. parcite natales. puerilis etatis immaturā virtutem diuinitati cesurum scribit. Timidi. pauidi et timētes: ne quid aduersi accidat tiberio contra parthos eunti ꝓpter etatē. Parcite numerare: ne numeretis. Natale deoꝝ: dies quibus nati sunt dij. Natales etiā ꝑ ꝯditione sanguinis ac familie accipi inuenies apud actores. Cesaribus: imperatoribus τ eoꝝ liberis. Et ignaue fert mala damna more: aufert inq̄t ingeniū celeste quicquid damni mora annoꝝ accidit.

Bellaq; non puero tractat agenda puer.
Parcite natales timidi numerare deorum
Cesaribus virtus contigit ante diem.
Ingenium celeste suis velocius annis
Surgit τ ignaue fert mala damna more.
Paruus erat manibusq; suis tirynthius angues
Pressit: et in cunis iam ioue dignus erat
Nūc quoq; qui puer es: tantus tū bacche fuisti
Quum timuit thyrsos india victa tuos.
Auspicijs animisq; patris puer arma mouebis
Et vinces annis: auspicijsq; patris.
Tale rudimentū tanto sub nomine debes:
Nunc iuuenū princeps: deinde future senū:
Cum tibi sint fratres: fratres vlciscere lesos

Natales.

Paruus erat. Exemplo Herculis ꝓbat in puero sed deo esse vtutez. Alcmena post partum Iunonem verita puerum in loco exposuit: quē ab eo herculeū campuz dixere. Quo tempore Minerua vna cum Iunone profecta: quum infantis naturā admiraret: Iunoni suasit: vt illi mammā preberet.

Hercules puer

Qua preter etatē violētius sumpta: Iuno dolore mota puerū abiecit: Minerua illum matri detulit nutriendū. Iuno deinceps duos dracones ad perdenduz misit puerum. Quos ille vtraq; manu faucibus apprehēsos strāgulauit vnde illū argiui q̄m iunonis opa gloriā esset adeptus quum antea alceus vocaret Iracleum dixere auctor Diodorus. plura legito apud plautuz. Uirgilius: vt prima nouerce Mōstra manu geminosq; ꝑmens eliserit angues. Tirynthi⁹ hercules. a Tirintha opido haud lōge a micenis appellatus ex quo pulsus Amphitrion eius pater putatiuus thebas cōcessit

Tirynthius.

vt docet Diodorus. Serui⁹ etiaz scribit Ideo herculē appellatum tyrithiū: q̄m puer tirynthe educatus sit. Nūc quoq; qui puer es.

Bacch⁹ Dionysi⁹

Bacchus Boetias thebas patriā habuit: vt plinius docet. Dionysius appellaf a ioue et nisa antro. vbi a nymphis nutrit⁹ est. Bacchum appellarūt a mulieribus: que bacchātes illum sequebantur. leneum preterea. Bromiuz pingenium: Triumphatorē alijsq; cognominibus vocarunt: puer orbem peragrauit. Multas domuit nationes: in indiam cum exercitu transcendēs triennio post multis cum spolijs in boetiam redijt: primus oīum triumphauit vectus indico elephanto: emere ac vendere primus instituit: vt plinius docet: in exercitu mulierum copiam circūduxit armatam hastis thyrso inuolutis: in his τ muse virgines erant. τ silenus. pedagogus ac nutritor optimorūq; institutor studioruz. Diadema regum insigne primus inuenit. q̄uis mitra

Pugnare Auspicijs alienis.

pro diademate vteretur. vnde mitriphoros dictus est: vt scribit Diodorus. Auspicijs animisq; patris. Auspicijs et annis Augusti patris per adoptionem: quasi dicat. Multum tibi puero cōferēt auspicia et anni augusti. Tiberius dicitur arma mouere auspicijs Augusti: quoniam ei cesar bellum gerendum mandabat: quod suis auspicijs susceperat. rome eñ consuetudo erat: vt nihil domi forisq; gereretur: nisi captatis auspicijs. captabantur autem auspicia duobus modis.

Auspiciū duplex.

aut volatu aut garitu auium: quarum quedam oscines: quedam prepetes dicebantur. Et vinces annis: quia anni Augusti afferent tibi multum auctoritatis apud hostes: quidam legūt animis Magis placet annis legas: quibus moderandū esse puerile Tiberij ingenium velit poeta. Tale rudimentum: tale initium sub tanto nomine. Cesaris Augusti patris. Cum tibi sint fratres

Caius et Lucius

Caium et Lucium intelligit: quos ex sororibus nepotes Augustus adoptauit. Lucius [vt inquit florus] Massilie inglorius perijt morbo solutus. Caius vero in lycia occidit: cum armeniaz ad

parthos se subtrahentes reciperet: his igitur intra trienniũ defunctis adoptatur ab augusto simul cũ fratre eorum. M. Agrippa: quos lesos dicit poeta propter Caium a parthis interẽptũ. Iura tuere patris. nam vt Florus etiã scribit Armenios victo rege Tigrãne in hoc vnuz seruitutis genus assueuerat Põpeius: vt rectores a romanis acciperent. Intermissum ergo ius Augustus primo per Caium deinde per Tiberiũ recuperare voluit. Genitor patrieqz tuusqz: Augusto Senatus po. qz. Ro. per valeriũ Messalam patris patrie cognomen detulerũt: cui lachrymans respõdit Augustus his verbis. Compos factus votoꝝ meorũ. P. C. quid habeo aliud deos immortales precari: qz vt hunc cõsensum vestrũ ad vltimũ vite finez mihi pferre liceat: auctor Suetonius. Hostis parthus. Rapit regna. Armeniã dicit: que ad parthos defecerat. Ab inuito parẽte ab augusto id moleste ferẽte. Pia tela. qz causa tua ẽ honesta. Sceleratas ille sagittas. qz parthoꝝ causa iniqua ẽ. Stabit ꝓ signis Romane militie consuetudinem notat. Solebant eniz in exercitu numẽ aliquod Imperatores preferre: vt. C. Cesar victricẽ venerẽ Pompeius Herculem inuictum in auxilium vocabat: ꝛ in hiberia pompeii filius isigne pietatis. Cesar vero isigne veneris anteponebat: quẽ morem etiam Virgilius tangit eo versu. Vadimus immisti danais haud numine nostro. Eoas opes. parthicas gentes. Dux meus. Tiberius. Marsqz pater mars pater Romane vrbis p Romulũ. Est deus e nobis alter. Cesarẽ augustũ dicit: qui viuus diuinos meruit honores. ꝛ mortuꝰ vt Suetonius scribit in deorũ nũerum relatus est. Nec enim defuit vir pretoriꝰ: qui se effigiẽ cremati euntẽ in celũ vidisse iuraret. Morem referendi romanos pricipes iter diuos elegãtissime docet Herodianus libro qrto. Et alter erit:

Augustꝰ Pat pãe

Numina i exercitu pferebãt

Augustꝰ in deum

Cumqz pater tibi sit: iura tuere patris.
Prebuit arma tibi genitor patrieqz tuusqz:
Hostis ab inuito regna parente rapit.
Tu pia tela feres: sceleratas ille sagittas:
Stabit pro signis iusqz piumqz tuis:
Vincunt' parthi causa: vincantur ꝛ armis.
Eoas latio dux meus addat opes.
Marsqz pater: cesarqz pater date numẽ eunti:
Est deus e nobis alter: ꝛ alter erit.
Auguror en vinces: votiuaqz carmina reddam:
Et magno nobis ore sonandus eris.
Consistes: aciemqz meis hortabere verbis.
O desint animis ne mea verba tuis.
Tergaqz parthorũ: romanaqz pectora dicam:
Telaqz ab auerso que iacit hostis equo
Quid fugis: vt vincas: qd victos ꝑthe relinquis.
Parthe malũ iaz nũc mars tuus omen habet.
Ergo erit illa dies: qua tu pulcherrime rerũ
Quattuor in niueis aureus ibis equis.

Tiberiũ designat: Votiuaqz carmina: que diis voui: si pthos viceris. Cõsistes. in concione stabis. Meis verbis. meo carmine. Solẽt enim scriptores cõcionantem imperatorẽ introducere. O desint animis ne mea verba tuis: vtinã nostra carmina respondeãt: ꝛ paria sint tuis animis ingentibus: nec deficiãt mihi verba quũ scribam gesta tua ꝛ parthos a te debellatos. Terga parthorũ. fugã parthorũ. Romanaqz pectora. romanas vires ꝛ victoriã. Telaqz ab auerso. Plutarchus parthos in fuga etiã sagittas emittere cõsueuisse: idqz post scytas oium optime facere nosce. vñ fugiẽtes nõ minori hostes afficiũt calamitate: qz stãtes. Virg. Fidentẽqz pthũ fuga ꝑthiz versisqz sagittis. ꝛ pthoꝝ ꝑlia lucanꝰ fugitiua appellat. Quid fugis: vt vicas. Apostrophe ad pthos ẽ: quoꝝ pugnãdi morẽ deridet. Quattuor i niueis aureꝰ. hic locus exposcit: vt q̃ fuerit Triũphi forma ostẽdamꝰ: idqz Appiani auctoritate: q̃ Scipionis triũphũ ita dscri. Sertis redimiti oẽs pcinẽtibꝰ tubis currꝰ spoliis refertos deducebãt. Ferebãt ꝛ lignee turres captaꝝ vrbiũ

Parthoꝝ Fuga

Triũphi Forma

simulacra preferentes. Scripture deinde et imagines earum quas gessissent: aurũ deinceps et argẽtum partim rudibus Massis: partim notis: aut huiusmodi impressum figuris. Corone preterea quas virtutis gratia vrbes aut socij aut exercitus vrbi: parẽtes militibus dedissent. Cãdidi subinde boues et Elephanti illos sequebantur. post hos carthaginensiũ ac Numidarum principes bello capti. Imperatorẽ lictores preibãt purpureis amicti vestibus: Tũ citharedorum ac Tibiarum turba ad hetrusce similitudinẽ põpe. Hi succincti coronisque aureis redimiti suo quisque ordine canẽtes psallentesque prodibãt. Hos lydos appellant: vt facile crediderim hetruscos a lydijs sumpsisse originem. Horum in medio quispiam talari veste fimbrijs et armillis auro splendentibus amictus gestus varios edebat: hostibusque deuictis insultãs risus vndique sciebat: post thuris et odorum copia imperatorem circũsteterat: quem curru deaurato multifariamque notis refulgenti candidi vehebant equi: auream capite gestantem coronã lapillis ornatam gemmisque Hic vestem succinctus purpuream patrio more aureis intextam syderibus: altera manu eburneum sceptrum: altera laurum preferebat: quam romani victorie insigne profitentur. Vehebatur et cũ eo pueri virginesque: et habenas hincinde cognati iuuenes. Demum qui exercitum secuti fuerant scriptores ministri scutiferive. Postremo exercitus in turmas aciesque diuisus currum sequebatur. Milites quoque lauro redimiti: laurum manu ferẽtes: quibus meritorũ insignia adiuncta: aderantque primores hos quidem laudibus ferent: hos salibus insectarentur: nonnullos infamia notarent. Simplex denique Triũphi forma et quam vnusquisque sermone facile explicare queat. Quũ in capitoliũ ventũ esset: Scipio deposito apparatu Epulum amicis [vt mos erat] in templo prebuit. Ne possint tuti. Causam assignat: cur cathena vincti sint captiui. Diffundetque animos: exhilarabit mentes. Que loca: nam homines et loca imaginibus scriptisque in triumphũ deferebantur: vt docet Appianus in triumphis Caij Cesaris. Propertius Inque sinu charenixus spectare puelle. Incipiam: et titulis oppida capta: legam. idẽ etiam docet Ouidius Tristium libro quarto. Nec tantum si qua rogabit. non modo quecũque illa petierit dices sed alia plura. Hic est Euphrates: qui serta arũdina capite gestab it: illũ Euphratẽ eẽ dicito. Est aũt Euphrates fluuius: qui oritur [vt Plinius tradit] in prefectura maioris Armenie cranitide in monte aga: vel vt Mutianus voluit sub radicibus montis: quẽ caporẽ appellant: cuius etiã Lucanus meminit libro tertio. Solinus. Cui coma dependet cerula: qui capillos habet ceruleos. Tigris erit. Tigris fluuius ẽ: qui ex armenijs fluit: auctore Herodoto: a celeritate dictus vt Plinius tradit. medi enim Tigrim sagittã appellãt. De tigri plura legito apud Pliniũ: et Solinũ. Hos fac armenios: finge illos eẽ armenios: quos deuicit Augustus per tiberiũ: vt docet suetonius. Hec est danaia persis. persis [vt strabo scribit] regio est oriẽtalis post carmaniã a perse [vt antea docuimus] cognominata. sane perse ex oĩbus barbaris clarissimi fuere. quod nulli grecis imperitarũt: quia asiam tenuere preter eos: celũ Iouẽ putant. colũt solẽ quẽ mithram vocãt. Lunã. Venerẽ. ignem tellurẽ. ventos. et aquã. in flumẽ nõ micturiũt: horum pueri ante quartũ annum ante patris conspectũ nõ veniũt. Ducũt vxores quamplures. et multas pelices alũt propagãde sobolis causa. Regi

Lydi

Ibunt ante duces onerati colla cathenis:
Ne possint tuti: qua prius: esse fuga.
Spectabunt iuuenes leti: mixteque puelle:
Diffundetque animos omnibus illa dies.
Atque aliqua ex illis: dum regum nomina queret:
Que loca: qui montes: queue ferantur aque
Omnia responde: nec tantum si qua rogabit
Et que nescieris: vt bene nota refer.
Hic est euphrates precinctus arundine frontem
Cui coma dependet cerula: tigris erit.
Hos fac armenios: hec est dancia persis:
Urbs in achemenijs vallibus ista fuit.
Ille vel ille duces: et erunt que nomina dicas:
Si poteris: vere: si minus: apta tamen.

Euphrates

Muret

qui non paruerit capite ⁊ brachio amputato proijcit. Auctor Strabo. In achemenijs vallibꝰ: hoc est persicis. Nã tres erãt persarum tribus. pãtiscores. Achemenide. x. magi. ppersius. Nõ tot achemenijs armãtur susa sagittis spicula. Et erũt que noĩa dicas: figes noĩe aliquo illuꝫ appellari. Dant etiaꝫ positis: inter epulas quoqꝫ poteris tibi amicã cõciliare. Adducta cornua: vinolentiã ⁊ lasciuiã ad se inclinatã. poete enĩ Bacchũ cũ cornibus describũt. qm̃ liber pater proteruitatẽ ⁊ contumaciã addere solet: que p cornua designat: ⁊ ebrij dicunt cornua sumere. Horatiꝰ Addis cornua pauperi. Diodorꝰ cornua ascribit baccho: quoniam is primꝰ dicit boues cornutos ad iugũ iunxisse. — Cornua Bacchi

Dant etiam positis aditum conuiuia mensis
Est aliquid preter vina: quod inde petas.
Sepe illic positus teneris adducta lacertis
Purpureus bacchi cornua pressit amor.
Vinaqꝫ cum bibulas sparsere cupidinis alas
Permanet: ⁊ capto stat grauis ille loco.
Ille quidem pẽnas velociter excutit vdas
Sed tamen aspergi pectus amore nocet.
Vina parant aĩos: faciuntqꝫ caloribꝰ aptos.
Cura fugit multo diluiturqꝫ mero.
Tunc veniũt risus: tunc paup cornua sumit
Tunc dolor ⁊ cure: rugaqꝫ frontis abit.
Tunc aperit mentes euo rarissima nostro
Simplicitas: artes excutiente deo.
Illic sepe animos iuuenum rapuere puelle:
Et venus in venis: ignis in igne fuit.
Hic tu fallaci nimiũ ne crede lucerne:
Judicio forme noxqꝫ: merumqꝫ nocet.
Luce deas: celoqꝫ paris spectauit aperto
Quum dixit veneri: vincis vtrãqꝫ venus
Nocte latent mende: vicioqꝫ ignoscitur omni
Horaqꝫ formosam quamlibet ista facit.
Consule de gemmis: detincta murice lana
Consule de facie: corporibusqꝫ diem.

Purpureus amor formosus cupido qui iter epulas versatur. Pressit: demulsit. Bibulas alas: vinũ bibẽtes: vdas: ex quo ostẽdit duo numina iter epulas versari bacchũ scilicꝫ ⁊ cupidinez: esseqꝫ vtrũqꝫ veneris cõciliatorẽ. Pectus: mentem amantis Cura fugit. Idem etiã Horati. Dissipat Euchius curas edaces. Tũc paup cornua sumit. sit proteruus. Tunc aperit mẽtes. tunc hominũ mentes ostendit: ⁊ prodit secreta Horat. Nõ ego te.. Cãdide bassareu inuitũ quatiã: nec varijs obsita frõdibus sub dio rapiã. Euo rarissima nr̃o. Simplicitas. Simplicitas illa: que nostra tẽpestate ĩ nullo extat. nisi pꝰ vinũ. Artes. fraudes ⁊ calliditatẽ. Excutiente deo: eijciente baccho. Illic sepe aĩos. in cõuiuijs sepe nũero iuuenes capti sũt amore. Ignis ĩ igne amoris calor addit calori vini. est ei amor ignis occultus. Virgiliꝰ. Vulnus alit venis et ceco carpit igni. vino aũt exhausto natura est accẽdi calore viscera itꝰ: forꝫ ĩfuso refrigerãdi vt docet Piniꝰ. Hic tu fallaci: docꝫ nõ eligẽdã eẽ amicã nocte. Luce deas. Quũ ĩ pelio mõte tethydis nuptie celebrarentur a dijs oĩbꝰ. Indignata discordia: qꝫ ⁊ ipsi nõ licuisset adesse: pomũ ĩ quo scriptuꝫ erat pulchriori det: iniecit. sꝫ quũ Juno Minerua ⁊ Venꝰ iter se certarẽt de pulchritudĩe: placuit ioui vt dea re paris ĩ ida mõte phrigie sñiaꝫ ferret: q̃ a venere corruptꝰ: ꝭm eam sñiam dedit: quũ prius vnam quãqꝫ nudã vidisset vt docet Apuleiꝰ ĩ met. Oui. ĩ epistolis. Qua venꝰ ⁊ Juno sumptisqꝫ decẽtior armis Venit ĩ arbitriũ nuda minerua tuũ. ⁊ Propersiꝰ. Credite ẽt diue: q̃s pastor viderat olim. Ideis tunicam ponere verticibꝰ. Detincta murice lana. Murex genꝰ cõche ẽ a Purpura haud dissimilis: sꝫ p purpura accipit a

Vini natura

Paridis iudicium

Murex

Quid tibi femineos cetus venatibus aptos
Enumerem: numero cedet harena meo.
Quid referaz baias: pretextaqꝫ littora velis:
Et que de calido sulphure fumat aquam:
Hic aliquis vulnus referens in pectore dixit:
Non hec (vt fama est) vnda salubris erat.
Ecce suburbane templum nemorale diane:
Partaqꝫ per gladios regna nocente manu.
Illa quod est virgo: quod tela cupidinis odit.
Multa dedit populo vulnera: multa dabit.
Hactenus vnde legas: qđ ames: vbi retia ponas:
Precipit imparibus vecta thalia modis.
Nunc tibi que placuit: q̄s sit capienda per artes
Dicere precipue mollior artis opus
Quisquis vbiqꝫ viri faciles aduertite mentes
Pollicitisqꝫ fauens vulgus adesto meis.
Prima tue menti veniat fiducia: cunctas
Posse capi: capies: tu modo tende plagas:
Vere prius volucres taceant: estate cicade:

poetis: que florē illū tingēdis vestibus in medijs (vt docet Plinius) faucibus habēt. Virg. Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice. Quid tibi femineos. Docet amātes quoqꝫ posse in siluis puellas conciliare: presertim si venatione delectātur: quē morē impudicū taxat Iuuenalis eo versu. Meuia tuscū. Figat aprū ⁊ nuda teneat venabula māma. Quid referā baias. Baie (vt strabo scribit) a boia Vlyxis socio nomē traxere. fuere aūt oppidū cāpanie amenissimum in cuius regione. L. Mari⁹. Gn. Pōpeius: ⁊ Cesar villas extruxerūt: ad quē locū sed estiuū tempus salubritatis causa nauigabāt Matrone cimbis varijs colorib⁹ pictis: vbi nocturna canentiū cōuicia ⁊ Symphonie audiebantur vt tradit in epistolis Seneca: qui baias diuersorū vitiorū haberi ceptuz eē scribit: et Propersius. Tu modo q̄ primum corruptas deserere baias. Mlt̄ꝫ ista dabūt littora dissidiū. Littora que fuerant castꝫ inimica puellis. Ah pereant baie crimē amoris aque. Martialis ēt scribit. Matronam castissimā factā eē ipudicā. Dū aquis baianis fouetur. Pretextaqꝫ littora velis. velis opata ⁊ velata. litt⁹. n. baiarū vndiqꝫ velis operiebaꝶ. Et que de calido: Baie (vt Stra. docet) habebāt aquas calidas ⁊ ad voluptatē ⁊ ad sanādos morbos accōmodatissimas. Scribit ēt Plini⁹ aquas nusq̄ largius esse: q̄ in baiano sinu: nec pluribus auxiliandi generibus. Alie sulphuris. Alie aluminis: alie salis: alie nitri: alie bituminis: nōnulla ēt acida salsaue mistura: vapore quoqꝫ alique prosunt. Tantaqꝫ est vis: vt balneas calefaciāt ac frigidā ēt in solis feruore cogāt: que ī balneis Possideane vocātur noīe accepto a Claudij Cesaris liberto: obsonia quoqꝫ perquoquunt. Vulnus referens. baijs enim a cupidine vulneratus discedit. Ecce suburbane. Lucum describit: vbi erat Diane templuz de quo in fastis ita scribit Ouidi⁹ Vallis aricine silua precinctus opaca. Est lucus antiqua religione sacer. ⁊ Lucanus. Parui mycenee q̄tū sacrata diane. Distat ab excelsa nemoralis aricia roma. De eo quoqꝫ ita scri. Strabo Est ⁊ diane luc⁹. i. artemisiū (sic eī vocant) e sinistra vie regione et aricia ad aricinā viā cōscendentibus: qđ templū nominānt edificiū Taurice: ad qđ templum ex vrbe femine coronate affecute qđ votis optauerāt. Idibus augusti facibus accēsis veniebāt. Ouid. in fastis. Sepe potēs voti frōtē redimita coronis Femina lucētes portat ab vrbe faces. ⁊ Propersius. Quū videt accēsis deuotā currere tedis in nemus ⁊ triuie Lumina ferre dee. Partaqꝫ per gladios. Barbaric⁹ q̄dā ⁊ scytarū mos erat (vt Stra. meminit) circa tēplū Diane: vt q̄ prius victimā mactasset: sacerdos īstituereꝶ: qui virib⁹ corpis ⁊ pedū celeritate potēs gladiū tenēs ⁊ insult⁹ semper circūspectans. de honore certabat ⁊ ad se tutandū strenue contra pugnantē aduersum sepatus erat: singulisqꝫ annis ei qui tenuerat sacerdotium certandum erat: cū illi victor succedebat: appellabatur autem

Baie | Baiane aque | Possideane | Diane Lucus | Artemisium.

probat poeta nulla posse euadere

sacerdos res Memoralis artemisio nemore: ⁊ Diana nemorēsis vł nemoralis. Papinius. Jāq̄ dies aderat profugis qnū regibus aptū Fumat aricinū. Triuie nemus ⁊ face multa cōscius hippoliti splēdet lacus. Ouidius in fastis. Regna tenēt fortes manibus pedibusq̄ fugaces Et perit exēplo post mō q̄sq̄ suo. Suburbane diane. Tēplū. n. si lōge distat ab aricia. Nocēte manu q̄ pugnabat̄. Illa q̄ v̄go. Diana. n. a poetꝭ v̄ginitatꝭ dea appellat̄. Multa vulnera. q̄ illic multi amore capiuntur. Hactenus vnde legas. Docuit vbi nam querēda esset amica: nūc quemadmodum conciliāda sit precipit. Unde legas. vñ eligas. Imparibus modis. i equali modulatione. nā elegiacus versus impar appellat̄ a poetis: ppterea q̄ alter versus ex sex dimēsionibus: alter vero ex quīq̄ cōstat: vñ hexametri ⁊ pentametri noīa indita sunt. Mollior: accigor. Prima fiducia. prima spes. Tēde plagas. tēde retia. Vere prius. vere. n. aues cōcentibus aera mulcent. Menalius canis. canis arcadicus: vel venaticus: q̄ in menalo mōte feras insequitur. Furtiua venus. furtī rapta. Male dissimulat. ne icit amorem celare: ille cupit cautius. cautior est in tegēdo amore. Cōueniat marib⁹ si sint mares cōcordes. Aget partes rogantis. petet coitū ab hoīe. Agimus. n. ptes rogātis: quū munera alicui⁹ aliq̄d petētis obim⁹. Mollibus ī pratis. Brutorū aīalium exēplo pbat feminā id facturaz eē q̄d dixit: si fas eēt. Cornipedi equo. sic ⁊ Virgilius. Et cornipedū cursum simularat equorum. Adhinnit. hinnire ppriē de eq̄s dicimus: vnde hinnit⁹. Virgili⁹. Et altopelion hinitu fugiēs implevit acuto. Legitimū finez. certuz modū. Flāma virilis. amor hominum. Byblida q̄d referā. Exemplis agit amori eē magis obnoxias feminas: q̄ viros.

Menalius lepori det sua terga canis.
Femina quaz iuueni blande tentata repugnet:
Hec q̄q̄ quam poteris credere nolle: volz:.
Utqz viro furtiua venus: sic grata puelle:
Uir male dissimulat: tectius illa cupit
Conueniat maribus: ne q̄ nos ante rogemus:
Femina iam partes victa rogantis aget.
Mollibus in pratis admugit femina tauro:
Femina cornipedi semper adhinnit equo.
Fortior in nobis: nec tam furiosa libido est.
Legitimum finem flamma virilis habet.
Byblida q̄d referaz: vetito que fratris amore:
Arsit: ⁊ est laqueo fortiter vlta nephas.
Myrrha patrē: sed non: vt filia debet amauit:
Et nunc obducto cortice pressa latet.
Illius lachrymis: quas arbor fundit odora:
Ungimur: ⁊ domine nomina gutta tenet.

Biblidis

Biblis. ex filia Meādri nata Caunū fratrē turpiter amauit: q̄ sororis scelesto amore cognito ex patria pfugit. Illa dū eū queritat in cariā peruenit: vbi lōgo itinere ⁊ polluto amore fatigata perijt. Sz legeidū miseratōe i fōtē sui nois mutata ē. Fabula plenius narrat Ouidius in met. Arsit. capta est amore. Et ē laq̄o. hic laq̄o eaz dicit vitā finisse. in met. vero aliter eius exitū describit. Myrrha. pnota ē Fabula: queadmodum Myrrha cōcubuit cū Cinyra patre cypriorū rege: quē diu vixisset scribit Plinius. id aūt fuit. dum mater cereris sacris opatur: q̄d quū pater cognouisset: stricto gladio eā insecutus ē: illa noctis bñficio in terrā Sabeā euasit: vbi in arborē sui nois mutata est: vt in met. narrat Ouid. Sz nō vt debuit: q̄ nephādo patris amore capta erat. Obducto cortice. circūducto cortice. nā i arborē myrrhā mutata ē. Illi⁹ lachrymis. Myrrhe guttis ex arbore stillātib⁹. hec. n. melior habebatur. ⁊ stacte. i. gutta dicebat̄. Columella. Et melior stactꝭ ponat̄ achaica myrrha. Ungimur. Antea. n. myrrha vel alijs odorib⁹ vngebant̄. Sappho nō arabo noster rore capillus olet. ⁊ Hora. Hic ⁊ argute properet Neeree myrrheū nodo cohibere crinē. ⁊ alibi. Sepe: diē mero fregi coronatus nitētes malubrato syrio capillos. Vallib⁹ ide. Ida mōs fuit nō mō troicus: sz ⁊ crētēsis vt Strabo scri. cuius verba hec sunt. mōs ideus surgit cretensiū cunctorū celsissimus. q̄q̄ versum

Fabula

Mirrbe
Gutte
Stacte
Ida

circuitū habēs stad. sexcentorum prestātissimis ille sane oppidis instar corone incolit. Tradit ēt Plinius cretā montes habuisse. Cadiscū. Ideū. Dictineū. Crocū. Uirgilius. mōs ideus vbi et gē tis cunabula nostre. Ovi. in fastis. et creta nobilis ida. Cādidus taurus. Taurū describit: cui⁹ amore capta fuit Pasiphe tradunt Fabule pasiphaen minois vxorē quū Taurū adamaret: signum bovi simile a Dedalo factū: eoque mō Tauro suppositā desiderio potitā esse. Ante hoc tēpus minoem quot annis ferūt speciosissimū omniū Taurū neptuno solitū de more sacrificare: quū ei taurus esset ceteris pstantior: aliū sacrificavit deteriorē. Qua ex re iratus minoi neptun⁹: ei⁹ Tauri amorem pasiphe iniecit: cui arte dedali supposita decantatū fabulis genuit minotaurū natura duplici: vt qui vsque ad humeros taur⁹: cetera homo esset. auctor Diodorus. Tenui nigro. macula nigra sed parva. vna fuit labes. hāc solum habuit maculā nigrā Gnosiadesque. cretēses. a gnoso crete vrbe: quam cōdidit minos ī ea īsule parte que asiā respectat: vt docet Diodorus. Cydoniadesque. a cydone eiusdē crete oppido cōdito ab eodē minoe in his locis q̄ peloponneso oppositi ad occidentē vergūt auctore Diodoro. herodotus scribit scydoniā in creta cōdidisse samios. male āt in plerisque exēplarib⁹ sidoniades legitur. Cētū q̄ sustinet vrbes. creta. n. a creta nimpha hesperidis filia cognominata centū fuit vrbiū clara fama: vt pli. docet. Et strabo scribit eā hecatōpoli appellatam eē. Terminatur āt ab occasu mari adriatico. A septentrione pelago cretensi. a meridie punico. ab oriente Carpathio auctore Ptolemeo. Quāvis sit mendax. Cretēses n. mēdaces appellant. quā rē docet Divus Hiero. ad magnū oratorē ita scribēs. Sed et paul⁹ Apostol⁹ epimenidis poete abusus versiculo est scribēs ad Titū

Pasipha
Faces
Fabula
Gnosos
Cydon
Creta
Cretēses Mendaces

Forte sub umbrosis nemoro vallibus idę:
Candidus armenti gloria taurus erat:
Signatus tenui media inter cornua nigro:
Una fuit labes: cetera lactis erant.
Illum gnosiadesque Cydoniadesque iuvencę
Optarunt tergo sustinuisse suo.
Pasiphę fieri gaudebat adultera tauri:
Invida formosas oderat illa boves.
Nota cano: non hoc: quę centū sustinet urbes:
Quāvis sit mendax: creta negare potest.
Ipsa novas frondes: et prata tenerrima tauro
Fertur inassueta subsecuisse manu.
It comes armentis: nec ituram cura moratur
Coniugis: et minos a bove victus erat.
Quid tibi pasiphę preciosas sumere vestes?
Ille tuus nullas sentit adulter opes.
Quid tibi cum speculo mōtana armenta petenti?
Quid totiēs positas fingis inepta comas?
Crede tamen speculo: quod te negat esse iuvencā

cretēses sp mēdaces: male bestie: vētres pigri. Cui⁹ heroici hemistichiū postea callimach⁹ vsurpavit. Novas frōdes. vel recētes. vel paulo añ natas. Et prata tenerrima. continēs pro cōtēto. prata. n. pro verbis posuit: vt solēt poete. Subsecuisse. vt tauro pabulū afferret. Iturā. pasiphen taurū secuturā. Cura cōiugis. amor erga maritū. Minois. vel q̄r parū curabat q̄d de ea re sentiret Minos. A bove vict⁹ erat. q̄r illa pluris faciebat taurū: q̄ maritū. Quid tibi pasiphae Apostrophe ē ad pasiphē. vbi notādū: q̄ pasiphae sīt diphthōgo ī fine: vt sit q̄drissyllabū nomē. pfert. queādmodū Danae: et phaetō. Uix fallere maritū minos decipe. Falle viro. ames hominē si taurū. Cōcita baccha. sacerdos bacchi furore nūinis ipulsa. Aonio deo baccho: q̄ i boetia colitur vbi erāt thebe natale solū liberi p̄ris: et hercul⁹: et citherō fabulis carminibusque celebratissim⁹: vt pli. docet. Uaccā. quā amabat taur⁹. Meo dño. tauro. duci de grege: de grege abstrahi: sub iuga curva: vt aratro suppōeret: aut plaustrū traheret. Cōmētaque sacra: finxit velle se eā dijs sacrificare.

Pasiphe
Danae
Pheton

Quam cuperes fronti cornua nata tue.
Siue placet minos: nullus queratur adulter:
Siue virum mauis fallere: falle viro.
In nemus et saltus thalamo regina relicto
Fertur vt aonio concita baccha deo.
Ah quotiens vultu vaccam spectauit iniquo:
Et dixit: domino cur placet ista meo?
Aspice vt ante ipsum teneris exultat in herbis:
Nec dubito quin se stulta decere putet.
Dixit: et ingenti iam dudum de grege duci
Iussit: et immeritam sub iuga curua trahi:
Aut cadem ante aras: commentaque sacra coegit:
Et tenuit leta pellicis exta manu.
Pellicibus quotiens placauit numina cesis:
Atque ait exta tenens: ite placete meo.
Et modo se fieri europam modo postulat io:
Altera quod bos est: altera vecta boue.
Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerua
Dux gregis: et partu proditus auctor erat.
Cressa thyesteo si se abstinuisset amore:
Ah quantum est vni posse placere viro.
Non medium rapuisset iter: curruque retorto:
Auroram versis phebus adisset equis.
Filia purpureos niso furata capillos:
Puppe cadens celsa facta refertur auis.
Altera scylla maris monstrū medicamine circes
Pube premit rabidos: inguinibusque canes.
Qui marte terra: neptunū effugit in vndis
Coniugis atrides victima dira fuit.

Exta pellicis. exta vacce: quam sacrificauit. Pellicibus cesis. occisis vaccis. Ite placē meo stomachose dicit: placere nūc tauro. Fieri europē que amata fuit a ioue in taurum mutato: a quo est in cretā delata ē: vt docuit Ouidius. ex quo natum Minoa et rhadamātū scribit Diodo. Nō postulat io. optabat posse in vaccam mutari: vt Io a Ioue mutata ē. nota ē fabula. Altera quod bos ē. io factā ē vacca Impleuit. grauidā fecit pasiphaē. Deceptus. delusus. Vacca acerua. vacca lignea quā fecerat dedalus Dux gregis. taurus. Auctor: taurus. Erat proditus partu. quia minotaurum peperit Cressa thyesteo. Europē cretēsem Atrei vxorē cū thyeste concubuisse scribit Sene. quod egre ferēs Atreus liberos ei epulādos apposuit: quem sol ne pollueretur effugit: quod ideo fingitur: quoniam atreus apud Myceneos primus eclipsim solis inuenit cui inuidens frater ex vrbe discessit tempore quo eius probata sunt dicta: vt Seruius docet Ouid. in .ij. tristiū. Si non europem frater sceleratus amasset. Auersos solem non legerem equos. Amore thyesteo nephādo thyestis concubitu. Ah quantum ē. hoc per parēthesim dictū ē. Non medium rapuisset iter: non in medio itinere sol cursum auertisset: ne scelus concupisceret. Curruque retorto: curru reflexo et ad oriētē vnde discesserat redeūti. Filia purpureos. scylla. Nisi Megarēsiū regis filia capta amore Minois: cui eius patriam obsidebat. purpureā comam patris. in qua fata vrbis constabant illi attulit: sed a Minoe spreta: in auē ciri a neptuno mutata est: vt in met. narrauit Ouid. et nos diximus in primo de remedio amoris. Puppe celsa. cui heserat: dum minos discederet. Altera scylla. Hec phorci filia fuit ex cretaria nympha: cuius fontē in quo puella lauari consueuerat: circe venefici is infecit: quod ea amaretur a Glauco a quo ipsa sperta fuerat. Quum igitur scylla in fontē descēdisset et inguina latratibus canū detineri cōspexisset exterrita in mare sese precipitauit. Virg. Quid loquar aut scyllā nisi: quam fama secuta est Candida succinctam latrātibus inguina monstris. Qui marte terra. Agamēnon post excidium troiane vrbis per annū errauit: vt Homerus scribit: Deinde in patriā venit. Sed scelerate cōiugis clytēnestre dolis ab egistho adultero incautus in cōuiuio obtrūcatur. Virgilius. Ipse Myceneus magnorū ductor achiuum Coniugis infande

Europe Agenoris

Europe Cretensis

Scylla Nisi

Scylla phorci

Agamēnonis

Agamen nōis mors

prima intra limina dextra. Oppetit. deuicta asia subsedit adulter. Seneca vero scribit in agamennone Clytemnestram graui dolore agitatam: q ille Cassandram secum traheret: et ea die qua in patriam intrauit domum parato conuiuio: ipe agamennon dum picta veste sublimis iaceret priami superbas corpore exuuias gerens: ei detrahere cultus hostiles vxor iubet: et induere potius coniugis fide manu textos amictus. verum induta vestis exitum manibus negat. caputq; laxi et inuij claudunt sinus: et tunc haurit trementi semiuir dextra latus agamennonis eum q; interfecit veste inuia inuolutū.

Cui nō defleta est ephyreę flamma creusę:

Et nece natorū sanguinolenta parens:

Fleuit amyntborides per inania lumina phenix:

Hippolitū rapidi di ripuistis equi.

Quid fodis in meritis phineu sua lumina natis

Pena reuersura est in caput ista tuum.

Omnia feminea sunt ista libidine mota:

Acrior est nostra: plusq; furoris habet.

Ergo age ne dubita cūctas superare puellas:

Vix erit in multis que neget vna tibi.

Que dant queq; negāt: gaudēt tū esse rogate:

Vt iam fallaris: tuta repulsa tua est.

Sed cur fallaris: quū sit noua grata voluptas:

Iasō creusā duxit vxorem.

idem quoq; narrat Euripedes in oreste. Martē terra. ex prelio eiꝫ troiano incolumis euasit. Neptunum effugit. euasit maris procellas Cui non defleta est. Iason [vt lactantius tradit] rapto aureo vellere: id creōti corinthiorum regi detulit: cuius filiam creusam [vt scribit Seneca] vel Glaucez [vt maluit Diodorus] vxorez duxit repudiata Medea: que irata regiam cum coniuge creusa incendit: laniauitq; filios duos quos ex iasone susceperat: eaꝫ postea egeus vxorem duxit: ex qua Medum filium suscepit. Deinde cum eo theseum verita in Asiam peruenit [vt Iustinus docet] atq; ibi vrbeꝫ condidit de suo nomie appellatā. a qua totam regionem Mediam denominauit. de Iasone plura legito apud Diodorum. in. v. Flamma q Medea creusam assumpsit. scribit enī Plini⁹

Naphthā

Naphthā magam habere cognationem igniū trāsilireq; protinus in eam vndecūq; visam. et ita a Medea pellicē crematam. nam dum sacrificatur: ad aras accessit: coronaq; igne rapta est. De naphtha plura scribit Strabo. Creuse ephyree. Creuse corinthiace. corinthus enim

Corinth⁹. Ephyra.

vrbs Achaie. prius dicebatur ephyra: vt docet Plinius. Parens Medea mater. Nece. natorum duos enim filios ex Iasone interemit. dicente Ouidio. Sed postq colchis arsit noua nupta venenis. Flagrantemq; domum regis male vidit vtroq; Sanguine natorum profunditur impius

Phenix Occecat⁹

ensis. Vltaq; se mater male Iasonis effugit arma. Fleuit amyntborides. phenix fili⁹ fuit amyntoris filij cercaphi: quem phocidem. Alij Ormenium genuisse volunt. hic cum amica patris rē habebat. Sed post multas eius imprecationes helade discessit. dicente ipso apud Homerum libro nono. Pater vero vbi cum puella me sua concubuisse resciuit [resciuit autem protinus] etiam atq; etiam execratus est inuocatisq; Erinnybus est imprecatus filio filiorum orbitatem. Is igitur ad Peleum fugit: quem filio Achilli comitem preceptoremq; dedit. hunc Homerus nō scribit cecum fuisse. Nonnulli tamen Lycophronis interpretis testimonio dicunt eum in patriā reuersum oculis caruisse. Hyppolitum rapidi. Phedre etiam exemplo maiorem esse in feminis: q in viris amorem ostendit. nota est fabula Ouidij carmine. quam etiaꝫ Maro in septimo

Phinei fabula.

describit. Quid fodis immeritas. Phineus rex fuit arcadie qui repudiata Cleopatra vxore: filijs harpalicem scythicam superinduxit: cuius instinctu filios occecauit. Sed in huius rei vindictaꝫ mox illum dij oculis priuarunt. et harpyas aues immiserunt: que dapes diripiebant: atq; ventris proluuio fedabant: vt Seruius docet. Diodorus tamen in quinto aliter fabulam describit. Libidine feminea. amore muliebri. Nostra virili. Acrior est. est vehementior in femina. Que neget. que coitum recuset. Queq; negant. femine que tibi assentiunt: vel coitum negant. Vt iaꝫ fallaris. quāuis negauerit mulier. Tuta repulsa. quia nihil mali ex ea consequeris. Noua volup-

tas.noui amantes. Et capiant animos. quia aliena magis ꝙ nostra appetimus. Grandius vber. vbera lactis pleniora. Sed prius ancillam. Aliud preceptum affert. Captate puelle. amice blanditijs conciliate. Molliet. molles ꝛ faciles reddet. Tuos accessus. tuos aditus ad amicam. Sit parum fida. parum soleat fidem seruare. Tacitis iocis. occultis lusibus. Letissima rerum. amica hilaris. Tunc cum tristis erat. cum erat mesta propter bellum. Leta recepit. Troiani rati grecos abijsse. soluti longo luctu: quũ troianum in vrbem traxere: vt est apud Virgilium. Tentanda. sollicitanda est amica ab ancilla. Quum pellice lesa. quum queritur maritum se deserta ad alias feminas accedere. Ne sit inulta. vt vlciscatur maritum vel amantem illius.

Et capiant animos plus aliena suis;
Fertilior seges est alienis semꝑ in agris:
Vicinũq; pecus grandius vber habet;
Sed prius ancillam captate nosce puelle
Cura sit: accessus molliet ista tuos.
Proxima consilijs dñe sit vt illa videto:
Neue parum tacitis conscia fida iocis:
Hanc tu pollicitis: hanc tu corrũpe rogando;
Quod petis ex facili: si volet illa feres.
Illa leget tempus: medici q; tẽpora seruant:
Quo facilis dñe mens sit: ꝛ apta capi.
Mens erit apta capi tunc: quũ letissima rerꝫ:
Ut seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dũ gaudẽt: nec sunt astricta dolore:
Ipsa patent: blanda tum subit arte venus.
Tunc cũ tristis erat: defensa ẽ ilios armis:
Militibus grauidũ leta recepit equũ:
Tum q; tendenda est: quũ pellice lesa dolebit:
Tunc facies: opera ne sit inulta tua.
Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet: ꝛ velo remigis addat opem.
Et secũ tenui suspirans murmure dicat:
Ut puta: nõ poteris ipsa referre vicem.
Tunc de te narret: tũc persuadẽtia verba
Addat: ꝛ insano iuret amore mori.
Sed propera: ne vela cadant: ireq; residant
(Ut fragilis glacies) interit ira mora.
Queris: an hanc ipsam prosit violare ministrã:

Hanc matutinos. solent enim ancille comas dominarum pectere. Unde Juuenalis. morosam dominam taxat. Opem remigis. auxilium remigandi: hoc est verba te illi conciliantia. est autem a nauigantib⁹ sumpta similitudo. Referre vicem. referre gratiam amãti. Propterea narrãdo ei iniuriãꝫ mariti. Ne vela cadãt. ne irã põat.

Queris. an hanc ipsam. Aliud preceptum affert. Talibus admissis. violata ancilla. Alea grandis, magna dubitatio. Plini⁹. Vti

tur et illa. M. cato extra omnem ingeniȷ́ aleam positus. Hec fit sedula. Aliqua ancilla sedula est ad coeu͞dum: aliqua tardior: hec que est tardior parat fideliter amantem domine. Illa vero sedula parat eum sibi. Casus in euentu est. successus rei pendet e fortuna. Licet hic. q͞uis aliquis. Indulgeat ausis. vtatur audacia coeundo cu͞ ancilla. Abstinuisse. ab ancille coitu. Captus erit. Decipiet. Sedulitate assiduitate vel diligentia in rebus omibus. Comes illa sequetur: ancillam etiam post dominaȝ subagitabis. Aut nunq͞ȝ tentes. nunq͞ȝ ancillam aggrediaris. Aut perfice aut subagites. Tollitur index. quia nunq͞ȝ te accusabit domine q͞ȝ eaȝ volueris subagitare. No͞ auis vtiliter. auis exemplo docet ancillam non tuto intactam relinqui: quum semel te͞tatur. Viscato. alis visco captis. Laxis cassibus. non bene tentis retibus. Op͞ime tentatam. euince ancillam: quam aggressus es. Noxia noce͞s ancilla. Communi culpa. co͞muni coitu amatoris et ancille intellige. Sed bene celetur. quicquid tibi ancilla dixerit de amica. Bene si celabit index. si celabitur ancilla. Arua operosa. multi laboris. Et nautis aspicienda putat. Tempora non modo ab agricola et nauta: sed e͞t ab amante obseruanda esse dicit. Nec semper. Non omni tempore seminandum est frumentum. Viridi aque. mauri glauca: nam austris spirantibus mare fit glaucuȝ et ceruleum. Aquilonibus. obscurius atrius ve: vt docȝ Gelius. cuius rei causam assignat Aristoteles in probleumatis. Fiet ideȝ. captabit puella. Dies natalis. amice: qui apud priscos habebatur in magna veneratione. Virgilius. Phyllida mitte mihi meus est natalis iola. Siue cale͞de. Ouidius in fastis docet multis rationibus: cur matrone romane cale͞dis martijs Junonı̄ sacrificare͞t. Pompeius hanc rationem affert: q͞ȝ ea die Junonis edes celebrari cepta sit:

Calende Martie

Talibus admissis alea grandis inest.
Hec ad concubitu͞ fit sedula: tardior illa:
Hec domine munus comparat: illa sibi.
Casus in euentu est: licet hic indulgeat ausis:
Consilium tamen est abstinuisse meum.
Non ego per preceps: et acuta cacumina vadam:
Nec iuuenu͞ quisq͞ȝ me duce captus erit.
Si tamen illa tibi du͞ dat: recipitq͞ȝ tabellas:
Corpore no͞ tm͞: sedulitate placet.
Fac d͞na potiare prius: comes illa sequet
Non tibi ab ancilla est incipienda venus.
Hoc vnu͞ moneo: si quid modo creditur arti:
Ne mea dicta rapax per mare ventus agat.
Aut nunq͞ȝ tentes: aut perfice: tollitur index
Quum semel in parte͞ criminis illa venit.
Non auis vtiliter viscatis effugit alis
Non bene de laxis cassibus exit aper.
Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo:
Optime tentata͞: nec nisi victor abi.
Tunc neq͞ȝ te prodet: co͞muni noxia culpa:
Factaq͞ȝ erunt domine dictaq͞ȝ nota tibi.
Sed bene celetur: bene si celabitur index:
Noticie suberit semper amica tue.
Tempora qui solis operosa colentibus arua
Fallitur: et nautis aspicienda putat.
Nec semper crede͞da ceres fallacibus aruis:
Nec semper viridi concaua puppis aque
Nec teneras tutu͞ est semper captare puellas
Sepe dato melius tempore fiet idem

et ea sacra matronalia dicebant. Mittebant autem munera ad amicas calēdis martijs. Martialis. Scis certe puto vestra iam venire saturnalia martias calendas. Tunc reddam tibi galla quod dedisti. et Tibulus: vt vaga nunc certa discurrunt vndiqȝ pompa. perqȝ vias vrbis munera perqȝ domos. Quas venerem marti. hoc est quia calende martie etiam veneri seruiebāt: qm̄ colebantur a mulieribus. Martialis. At tu diua paphi remitte nostris Illesum iuuenem remitte votis sic martis tibi seruiant calende. vel quia martie calende aprilem veneri dicatum precedebant. Sigillis. paruis statuis: quibus etiaȝ theatra ornabantur: vt diximus in tertio de arte amandi super eo versu. Aurea que pendēt ornato signa theatro. Sed reguȝ positas. Obeliscos dicit. q̄ in medio circo locabantur. Est aūt obeliscus vt marcellinus scribit lapis in figurā mete cuiusdā sensim a proceritate in excelsum consurgens: ⁊ vt radium imitetur paulatiȝ gracilescens: specie quadrata in verticem: productus augustum: manu leuigat⁹ artificis. Obeliscos autē antiqui reges egypti bello domitis gētibus: aut prosperitatibus rerū elati mōtiū venis vel apud extremos orbis icolas perscrutātes excisos erectosqȝ dijs superis dicarunt. Scribit idem Marcellinus augustū Cesarē duos obeliscos admirandos ex vrbe egypti heliopoli romā transtulisse quorū alterū in campo Martio: Alteruȝ in circo Maximo Locauit quē Pli. scri. excisuȝ a rege semneserto: quo regnāte Pythagoras in egypto fuit. cxxv. peduȝ fuit et dodrātis pter basin eiusdem lapidis. Is vero qui est in campo Martio. xiiij. peduȝ minor est a Sesotide inscriptā ambo rerū nature interptationē: egyptiorū ope ⁊ phie continēt. Denotat aūt ludos circēses: qui Romani siue Magni. scenici ⁊ theatrales varie appellati sunt. fiebāt autē in honorē iouis: Iunonis ⁊ Minerue: vt in verrē docet Ci. ⁊ ex Valerio Maximo ēt percipi pōt. Ludicrȝ erāt equi pugilesqȝ ex hetruria acciti: vt Liuius docet. Circēses aūt ideo sūt appellati. q̄ circū enses prius fiebāt: vt scri. Seruius. sup. viij. eneidos. Differ opus. captande scilȝ puelle. Tūc Pleiades instant. Pleiadū imminet occasus. Oriunt̄ eni quarto nonas aprilis. Oui. in fastis. Pleiades incipiēt humeros reuelare paternos. Que septem dici. sex tn̄ eē solēt. Columella scribit. vi. id. octobris. Virgilias exoriri vespere: fauonio spirāte: ⁊ interdū africo cū pluuia. verū xiij. ⁊ xij. calendas nouembris solis exortu occidere ⁊ tempestateȝ significare. Idē alibi ēt scribit Virgilias. xi. calendas maias cū sole oriri. viij. vo idus aprles vespe celari. Interdumqȝ hiemare. Plini⁹ ēt docet. Virgiliarū exortu estatē incipe: occasu hiemē. Pleiades aūt dn̄r: qm̄ ex Pleone occeani ⁊ Athlante sint nate. Virgilie a nr̄is appellant̄ q̄ in vere oriunt̄. Cur aūt sex tm̄ mō dicant̄ cū septē fuerit. ⁊ quō inter sidera collocate sint a Ioue higini⁹: ⁊ Oui. in fastis docēt. Hedus a q̄. Auriga hedos humeris gestat: q̄ a poetis Olenium pecus appellant̄: ⁊ caprā oleniā appellat Ouidius in met. ⁊ Strabo scribit egar duas fuisse. vnā in Euboea: alterā in Achaia: quo in loco Iupiter a capra lacte nutritus dr̄: ⁊ prope eē olenē. vnde Oleniā capellā dixere poete. vel ab Oleno vulcani filio. cuius meminit higinius. Oriuntur autē hedi [vt docet Columella] .v. calendas octobres. Fauonio flante. nōnūq̄ Austro cū pluuia. Idem alibi etiam scribit hedos oriri pridie nonas octobres vespere: in ortu aūt ⁊ occasu tempestateȝ pluuiāqȝ faciūt. Mālius. Hūc subeūt hedi claudētes sydere pontū Nubibus: ⁊ mūdi nutrito rege capella. Virgilius. Preterea tā sunt acturi sydera nobis. Hedorumqȝ dies seruādi. Ouidius in fastis. Nais amalthea cretea nobilis Ida. Dicitur in siluis occoluisse iouē. Hinc fuit hedorū mater formosa duorū inter dicteos conspicienda greges. Tunc bene desinit̄. Cessat̄ a captāda puella. Qua flebit alia. Alia [vt Liui⁹ scri.] fluui⁹ est. xi. milib⁹ passuū ab vrbe distās e crustuminis defluēs mōtib⁹: apud quē delete sūt a gallis copie romāe ad. xv. calendas sextiles. quē diē atrū velut i fausta appellatōe dānart. Naȝ āno ab vrbe cōdita. ccclxiij. a Trib. Militū p̄glis Mālio. Colio posthumio: collegisqȝ eorū tractatū ē i senatu q̄d eēt: q̄ totiēs intra paucos annos male eēt afflicta resp. Et ex pcepto pm̄. L. Aquiū

Siue dies suberit natalis: siue calende:
Quas venerem marti continuisse iuuat.
Siue erit ornatus nō (vt fuit ante) sigillis:
Sed regū positas circus habebit opes.
Differ op⁹: tūc trist[is] hyems: tūc pleiades istāt:
Tūc ⁊ in equorea mergitur hedus aqua.
Tūc bene desinitur: tunc si quis credit alto:

Matronalia.
Obelisc⁹
Circēses. Ludi.
Pleiades vł virgilie.
Hedi.
Olenia capella.
Alia fluuius.

Aruspicē in senatū venire iussum religionū requirēdaꝝ gratia dixisse. Q. Sulpitiū Trib. Militum ad Aliā aduersus gallos pugnaturū rē diuinā dimicādi gratia fecisse postridie idus qntilis Itē apd Bremerā multisqꝫ alijs tpib⁹ ⁊ locis post sacrificiū die postero celebratū male cessisse cōflictū. Tūc p̄res iussisse: vt ad collegiū pontificū de bis religionibus referret. Pōtificesqꝫ statuisse postero die oēs calēdas. nonas. Idus. Atros dies habēri: vt hi dies neqꝫ preliares: neqꝫ puri: neqꝫ comitiales eēnt: hicqꝫ Aliēses postriduam. Atri. Varie sunt appellati: hec Macrobi⁹

Atri dies
Alienses
Postriduani

Plutarchus Atros hos dies ideo appellatos arbitratur: qm̄ inferis sint dicati: qꝫ dies precedēs calēdas. nonas. vl' idus. superis esset dicat⁹: his nec ioue: nec ianū: nec aliū deoꝝ prefari fas erat. Liui⁹ quoqꝫ ita scri. Tū ḋ diebus religiosis agitari ceptū: dieqꝫ ad. xv. calēdas sextiles duplici clade isignē quo die ad cremeraꝫ Fabij cesi q̄ deinde ad Aliam cum exitio vrb sede pugnatuꝫ a posteriore clade Aliensem appellarūt: insignē rei nullius publice priuatimqꝫ agēde fecerūt. Sane alia simplici. i. scri bit. Lucanus. Quas alie clades. Virg. autē duplici ll ptulit. ppf metꝫ: vt alibi quoqꝫ dixit Hectū

Vix tenuit lacere naufraga membra ratis
Tunc licet incipias: qua flebilis alia luce
Vulneribus latijs sanguinolenta fuit.
Quaqꝫ die redeunt rebus min⁹ apta gerendis
Culta palestino septima festa viro.
Magna superstitio tibi sit natalis amice
Quaqꝫ aliquid dandum est: illa sit atra dies.
Cuꝫ bene vitaris: tamen aufert: inuenit artem

Saturnalia

porsena iubebat accidere. Quaqꝫ die redeūt. Saturnalia intelligit. i. diē saturno festū: ꝙ erat [vt scri. Macrobius] ad. xiiij. calēdas ianuarias. Sꝫ postqꝫ. C. Cesar huic mēsi duos addidit dies xvi. calendas celebrari cepta sunt Saturnalia. Sꝫ quiꝫ ea re vulgus ignoraret certū saturnalio rum diem: nōnullicꝫ a. C. Cesare inserto die. i. xv. calendas. Alijqꝫ veteri more. xiiij. calēdas Ianuarij celebrarēt pluribus diebus Saturnalia celebrari cepta sunt: licet ⁊ apud veteres septem diebus peragerētur. Augustus i legibus iudiciarijs triduo ferias seruari iussit. Erāt aūt hi dies letitie ⁊ iocoꝝ pleni: quibus bellū sumere: ⁊ penas a nocēte exigere: piaculū erāt. Palestino viro

Sabbatum
Saturni dies

Viro iudaico: nam iudei diē quē latini Saturnū dicūt sabbatū appellant: ⁊ obseruāt mira superstitione: vt antea docuimus. Scribit etiam Tacitus i libro. xxi. septimo die iudeis ociū placuisse qꝫ is finē laboꝝ tulerit. Dein blandiēte inertia: septimū quoqꝫ annū ignauie datū: ⁊ honorē eum saturno habitu: seu principia religionis tradētibus iudeis: quos cū saturno pulsos ⁊ conditores gētis accepit: seu qꝫ de septē syderibus: quibus mortales regūtur: altissimo orbe: ⁊ p̄cipua potentia stella saturni ferat: ac plerisqꝫ celestiū vim suā ⁊ cursum septimos per numeros cōmeare. Pa

Palestia

lestina aūt regio syrie iuncta est: dicta [vt scribit Plinius] a palesti vrbe metropoli. Est etiaꝫ palestina propter phecaciā. Lucanus. Taxa palestinas nudis cōstrixit arenis septima festa. saturnalia intellige. magna superstitio: magnus ⁊ superfluus timor. superstitio aūt [vt Cice. est auctor] dicitur a superstes noīe. illi. n. superstitiosi sunt: qui totos dies precantur: vt sibi sui liberi superstites sint. alij superstitionem dictam volunt qꝫ sit superstantium rerum. i. celestium: ⁊ diuinaꝝ: que super nos stāt inanis ⁊ superfluus timor. Lactantius vero libro diuinarum institutionum quarto superstitiosos eos vocari scribit: non qui filios superstites optant [oēs eniꝫ optamus] sed aut eos qui superstitem memoriā defunctorū colunt: aut qui parentibus suis superstitibus colebant imagines eorum domi tanqꝫ deos penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebant: vt in deoruꝫ vicem mortuos honorarēt: quos ex hominibus in celū receptos putabāt: hos vocabāt superstitiosos. Eos vero qui publicos ⁊ antiquos deos colerent: religiosos nominabant. Vn̄ Virgilius. vana superstitio veterumqꝫ ignara deorum. superstitiosi ergo qui multos ac falsos deos colunt. Sit atra. sit infausta. Quum bene vitaris. cum effugeris. nequid tibi illa auferat. Institor ad dominam. Institor est qui Taberne loco ve ad emendum preponitur: quiqꝫ sine loco ad eundem actū preponit: sic dictus qꝫ negocio gerēdo instat: vt docet Vlpianus. Discictus. demissis tunicis. Propertius. Et ibo Mundus demissis institor in tunicis: alias dissolutus. Persi⁹. Non pudet ad moreꝫ discicti viuere nacte. Sapere vt videare tanqꝫ optime noris. qꝫti constent merces

Supstitio

Institor

Discinct⁹

Causari

Causabere: in excusationē adduces. Est eñ causari cām rei geste afferre. Quintilian⁹. Nec causā ti pupillo sic tutor irascatur. & Virgilius. Causando nostros in longū ducis amores. Causari etiā significat cām dicere vel defendere: vt Marcello placet. Littera poscetur petet a te singraphuz pro cōparatis mercibus quo institori cautū sit. Nec didicisse iuuat: quū petit a te singraphū: nō confert te lr̄as didicisse. Natali libo. placēta natali: sic etiā in amoribus. Quū tibi deficiēt poscē- di munera cause. Natalē libo testificare tuū. Est autē libū [vt voluit Seruius] placenta de farre &

Libum

Femina: qua cupidi carpat amantis opes:
Institor ad dn̄am veniet discinctus emacē:
Expediet merces teq̄ sedente suas:
Quas illa inspicias: sapere vt videare: rogabit:
Oscula deinde dabit: deinde rogabit: emas.
Hoc fore contentā multos iurabit in annos:
Nunc opus esse sibi: nunc bene dicet emi.
Si nō esse domi: quos des causabere nūmos:
Littera poscetur: nec didicisse iuuat.
Quid: quasi natali quū poscit munera libo:
Et quotiens opus est: nascitur illa sibi:
Quid: quū mendaci dāno mestissima plorat:
Elapsusq̄ caua fingitur aure lapis.
Multa rogāt vtenda dari: data reddere nolunt:
Perdis: & in dāno gratia nulla tuo est.
Nō mihi sacrilegas meretricū vt ꝓsequar artes:
Cum totidez linguis sint satis ora decem.
Cera vadum tentet rasis infusa tabellis:
Cera tue primuz conscia mentis erit.
Blanditias ferat illa tuas: imitataq̄ amantum
Verba: nec exiguas quisquis es adde preces.
Hectora donauit priamo prece motus achilles:

melle sacrificijs aptum. Virgili⁹. Et adorea liba ꝑ herbā subijciunt epulis. scribit Cato die natali solita liba apponi discumbentibus et gustarī neminē ꝓus debere: q̄ꝫ is qui suuz natalē celebrat: omnesq̄ quū libum gustasset bene precari oportebat. Ouidius. Liba quedā ꝓ te geniale notātia tp̄s. Accipiamq̄ bonas ore fauēte p̄ces. Nascitur illa sibi. Fingit natalē suuz adesse: vt mittas ei mūera. Lapis Margarita. Caua ore. naz vniones [vt tradit Plinius] digitis suspēdere & binos ac ternos aurib⁹ gestare feminarum gloria erat. et Cleopatrā legim⁹ duos illos maximos vniones singulare nature opus auribus gestare solitā: quorum alterum in cena magne taxationis aceto liquefactū absorbuit. Elapsusq̄ caua: fingit ex aurī vnionē decidisse. Reddēda dari. Pollicētur se reddituras tibi quicq̄d a te mutuo petūt. legit etiā vtenda dari. Perdis. amittis qđ mutuo dedisti. Nulla gratia. nulla gratitudo. Nō mihi sacrilegas. Ordo ē decem ora cuz totidē linguis non sūt satis mihi vt ꝓsequar &c. Cera vadū tentet. sollicitandā esse lr̄is amicā dicit. Cera lr̄e scripte in tabulis ceratis. Tentet vadū. sollicitet et experiatur aium puelle. vel securitatē adeūdi amicā. nā vt in ꝓfundo maris periculum est: ita in vado securitas. vnde quū rē securam significamus: eā in Vado eē dicim⁹. eodē verbo vtitur Ouidius in tertio. Verba vadū tentant abiegenis scripta tabellis. Rasis tabellis. q: ī tabulis cere oblitꝭ scribebāt. antea eiz nō fuisse chartarꝫ vsum scribit Plinius: sed palmarū folijs ꝑmo scriptitatū. Deinde quarūdam arborꝫ libris. postea publica monumēta plumbeis voluminib⁹. Mox & priuata lintheis confici cepta. aut ceris. Erit conscia tue mētis. declarabit amice mentē & amorem tuū. Blanditias tuas. blanda & amatoria verba que in amore plurimū possunt. Quisquis es. ac si diceret eam dignitate prestes. Hectora donauit. Achiles [vt Homerus scribit] Occisi Hectoris cadauer ꝑ dies. xij. insepultum huauit.

Vnionuz vsus

Res est i vado

Priamus Hectorez redemit

donec nocte redempturus miserabilis pater priamus veniret. Uerum iussu Jouis ab appolline cadauer insigne ne corrumperetur ante funus sacris liquoribus perditum est. et quum corpus nollet parenti priamo reddere: Priamus duce mercurio castra hostium nocte ingressus est: vbi apprehensus achillis genibus: ac per partem et bene comatam matrem et filium precatus: datis etiam muneribus: cesum filij corpus obtinuit. Munera autem fuerunt hec. Duodeciȝ pulchri Pepli. Duodeciȝ simplices vestes. Totidem Tapeta. Totidem palia. Totidem Tunice. Decem Auri talenta. Duo fulgentes Tripodes. lebetes quattuor. Pulchrum et preciosum poculum. Semel est si credita: si fides adhibetur ei: q̄d pollicemur. Sed tamen apta dea est.

Spes Spes tamen est hominibus commoda: nam nisi ea esset: mortales plerunq; miserrimam vitaȝ agerent. vnde longa solet esse inter doctos disputatio. Utrum mali plus an boni spes afferat hominibus. Poteris ratione relinqui: quia quum ea acceperit quod volet: te relinquet. Preteritum tulerit: q̄d dedisti iam habebit: at ea nihil perdet: quia non dedit coitū. vel hoc dicit: preteritum tempus nihil tibi auferat aut perdat. Sic dominum sterilis. Sic dominum sperantem ager plerunq; fallit: vt tu amicam. Sic sperando. Lusor: aleator. Littera cydippen.

Acontij et cydippes Fabula Acontius ex Cea insula Deluȝ nauigauit ad sacra diane: que a virginibus celebrabatur: vbi in amorem cydippes exarcit: et quum aperte non auderet eam vxorem petere fraude pomuȝ ante puellam iecit in quo hec carmina scripta erant Juro tibi sane per mystica sacra diane: Me tibi venturam comitem sponsamq; futuram. puella pomo accepto doli ignara carmē legit: visaq; est sese vxorem polliceri. Acontio. Erat enim lex: vt q̄ in templo Diane Delie dicerent: rata fierent. Bonas artes: ingenuas disciplinas: eloquentie: studia. Non tantum trepidos: nō tm̄ vt in foro iudiciali sis eloquēs: sȝ etiam apud amicam. Quam populus.

Tria gña causarum Per populum genus demonstratiuum: per iudicem genus iudiciale: per Senatum Deliberatiuum genus designat: in quibus generib⁹ omnis facultas oratoria versatur: vt Aristoteles arbitratus est: et euȝ secutus Cicero

Flectitur iratus voce rogante deus.
Promittas facito: quid em̄ promittere ledit
Pollicitis diues quilibet esse potest.
Spes tenet in tempus: semel est si credita: longū:
Illa quidem fallax: sed tm̄ apta dea est.
Si dederis quicq̄: poteris ratione relinqui.
Preteritum tulerit: perdideritq; nihil
Et quod nō dederis: semper videare daturus:
Sic dn̄m sterilis sepe fefellit ager
Sic: ne perdiderit: nō cessat perdere lusor.
Et reuocat cupidas alea sepe manus.
Hic opus: hic labor est: primū sine munere iungi:
Si dederit gratis: que dedit vsq; dabit
Ergo eat: et blandis peraretur littera verbis:
Exploretq; aīos: prima que tentet iter:
Littera cydippen pomo perlata fefellit:
Inscia que est verbis capta puella suis.
Disce bonas artes: moneo: romana iuuent⁹:
Non tm̄ trepidos vt tueare reos.
Quā populus: iudex grauis: lectusq; senatus:
Tam dabit eloquio victa puella manus.
Sed lateant vires: nec sis in fronte disert⁹.
Fugiant voces verba molesta tue.
Quis nisi mentis inops tenere declamat amice
Sepe valens odij littera causa fuit:

Sit tibi credibilis sermo: consuetaqꝫ verba:
Blanda tñ: presens vt videare loqui.
Si non accipiet scriptũ: illectũqꝫ remittet
Lecturã spera: propositumqꝫ tene.
Tempore difficiles veniũt ad aratra iuuenci
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus vsu:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durũ saxo? quid mollius vnda?
Dura tñ molli saxa cauantur aqua.
Penelopen ipsã: prestes modo tempore vinces
Capta vides sero pergama: capta tamen.
Legerit: ⁊ nolit rescribere: cogere noli:
Tu modo blanditias fac legat ipsa tuas:
Que voluit legisse: volet rescribere lectis:
Per numeros veniũt ista: gradusqꝫ suos.
Forsitan ⁊ primo veniet tibi littera tristis:
Queqꝫ roget: ne se solicitare velis.
Qđ rogat illa: timet: qđ nõ rogat: optat vt instes:
Insequere: ⁊ voti postmodũ compos eris
Interea siue illa toro resupina feratur,
Lecticam domine dissimulanter adi.
Neue aliquis verbis odiosas afferat aures:
Quã potes ambiguis callidus abde notis.
Seu pedibus vacuis illi spaciosa teretur

Tam dabit eloquio. tantum puelle mouentur eloquentia: quantuꝫ populus. Iudex. ⁊ senatus sed lateant vires. Dissimulandam esse eloquentiam dicit. id quod etiam precipit Fabius his verbis. Veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam fuit moris. idqꝫ M. Antonius precipit. quo plus dicẽtibus fidei. minusqꝫ suspecte aduocatorum insidie forent. In fronte disertus in aperto eloquẽs Verba molesta minus amicã delectantia. Declamat. Declamare (vt Caluus dixit) est non mediocriter dicere. Nam rhetores p declamationes adolescentes exercebant in scholis ⁊ foro preparabãt Littera causa fuit. Epistolam dicit nimis disertam: et in declamationis modum compositam. Littera valens. epistola dicendi efficax. Scriptum. litteras missas. Penelopen. castissimam feminaꝫ Perstes. modo insistas. puer numeros veniunt ista. primo enim legat. Deide rescribat necesse est Lra tristis. seuera epistola amice et que ostendat se abhorrere a re venerea. queqꝫ roget. đclarat cur tristis.

Dissimulãdũ esse Eloqñtiã declamat

Quod rogauit: ne eam sollicites. Quod non rogat: que non respondet cupit sollicitari. Dissimulãter tanq̃ nescias que sit i lectica. Abde. absconde: ne intelligaris. Notis ãbiguis. Dubio s̃mone. Spatiosa porticus. ampla porticus. de porticibus abunde dictum est superius. aliquot transire columnas partem Porticus que columnis

fulta erat. Quod spectes. caput & vultum amice denotat: vel gẽmas: quibus erit ornata. Supercilio: oculis. Notis. Aliis signis. Aliquo mimo saltãte. histrione se in theatro agiliter mouente. Quisquis agatur amãs. quicũq amãs representet ab aliquo mimo saltante. fabula in qua introducant amantes. Torquere. crispare. Martialis. Crinibus in nodũ tortis venere si cãbri. Ferro calamistro. mordaci punice. Punices [vt Plini' scribit] sunt in vsu corporũ leuigandorũ feminis iam quidẽ & viris atq [vt ait Catullus] libris laudatissimi sunt in melo. Scyro: aeoliis insulis:

Punices.

pbatio in candore: & in mimo põdere: et vt q̃ maxime spongiosi aridiq sint ac teri faciles: nec arenosi in fricãdo. Quorũ cibeleia mr̃ semiuiros & molles magne mr̃is sacerdotes designat: qui singulo quoq die totũ corpus eradebãt ne quid eis inter deorũ cultũ aut pediculi aut alterius sordis crearetur. pluris enĩ faciebãt se mundos esse: q̃ decoros. vnde etiã virilia circũcidebãt: auctor herodotus. Scribit etiã Lactãti' Isidis sacerdotes deglabrato corpe pectora tundere. Isidẽ autẽ eandẽ et Cybelẽ esse docet Apuleius in xi. met. a Cybele mõte phrygie cognomiata. Scribit ei Strabo Matrẽ deũ Berecynthiã a natione et vestem: & dea phrygiam. Magnã. a locis. Idẽ Dindymenam. & phyllenã. & pissi nunciam et cybellẽ appellatã. plura huius dee noia ponit Apuleius in me. Exululata vlulatu celebrata Apuleius. & ab ingressu primo statim absonis vlulatibus cõstrepentes fanatice puolãt. Phrygiis modulis. phrygia modulatiõe. Scribit enĩ Plinius. Midam in phrygia obliquã Tibiam Gemias tibias Marsiã Celeneũ in eadẽ gente inuenisse. De Tibie modulatiõe. hec Apuleius. Brachiisq suis humerotinus renudatis attolentes immanes gladios ac secures eũbãtes exiliunt: incitãtes Tibie cantu lympaticũ tripudiũ. et Catullus. Vbi cymbalũ sonat vox. vbi tympana reborãt. Tubicen vbi canit Phrix. vbi curuo graue calamo. vbi capita Menades vi iaciunt hederigère: vbi sacra sctã

Galli totũ corpus eradebãt

Cybele et ei' noia.

Gallorũ vlulatus

Phrygii moduli

Porticus: hic socias tu q̃ iunge moras:
Et modo precedas facito: modo terga sequaris:
Et modo festines: & modo lentus eas.
Nec tibi d medijs aliquot transire columnas
Sit pudor: & lateri continuasse latus:
Nec sine te curuo sedeat speciosa theatro:
Quod spectes: humeris afferet illa suis:
Illam respicias: illam mirere licebit:
Multa supercilio multa loquare notis.
Et plaudas aliquo mimo saltante puelle:
Et faueas illi: quisquis agatur amans.
Quum surget seges: donec sedet illa sedebis
Arbitrio domine tempora perde tue:
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos
Nec tua mordaci punice crura teras.
Ista iube faciant: quorũ cybeleia mater
Concinitur phrygiis exululata modis.
Forma viros neglecta decet: minoida theseus
Abstulit a nulla tempora comptus acu.
Hippolitũ phedra: nec erat bene cõptus: amauit
Cura dee siluis aptus adonis erat.

acutis vlulatibus agitant: vbi sueuit illa duce volitare cohors vaga. Forma viros neglecta decet. Cult' negligentiã in viro laudatur. vnde Mollius ornatos a se reiicit Phedra apd Ouidi. in epistolis. quum ait. Sint pcul a nobis iuuenes. vt femina a cõpti Fine coli modico forma virilis amat Minoida. phedrã. nota est fabula. A nulla acu. A nullo calamistro: quo calefacto crispant capilli. Nec erat bñ cõptus. idẽ ita ẽt scribit Ouidi' in eplis. Te tu' iste rigor positisq sine

arte capilli. Et leuis egregio puluis in ore decet. Aptus adonis. Adonis nō luxu aliquo ornatus in siluis amatus est a venere. Fabulā habes apud Ouidiū in met. Fuscentur. sole nigrescāt. Corpora Campo. campū Martiū intellige: vbi iuuenes romani varijs certaminib⁹ corpa exercebāt: Idēq; [vt Strabo docet] curules pariter cursus: et alia equestria certamina expedita suppeditat. nec minus tā multis pilā. Trochū Palestra exercitatione tractātibus. Hora. Cur apricum oderit campū patiēs pulueris atq; solis. Sit bene cōueniēs. Togā corpi sic applicato: vt rugas nō forte: s; industria locatas: artifex nodus astringat: vel pcipit togā ipam rotundā eē et apte cesaz. aliter enī multis modis fiet enormis. Sit sine labe toga. Sīn macula et sorde. In laxa pelle. in calceo maiori. sicut Tibullus Ansaq; compressos alligat arcta pedes. Deformet capillos. sectos in gradus. Nec ledat nares. Alle siue axille ptes sunt sub brachijs per qs natura expellit sordidiores humores: quos a ōpurato sanguine: dū illū diligentius ōcoq̄t sequestrat: qui humor in pilis alarū fetidū relinquit odorē: nisi mūditia succurratur: hinc puerbiū ē hircū in alis cubare: qm̄ male olet. Horat. An grauis hirsutis cubet hirc⁹ i alis. Cetera. superfluū; cultū et imūdū Male vir. mollis et cinedus. Habere virū. habere amatorē. Liber Bacchus. Suū vatem. sunt enī poete i bacchi tutela. Hic quoq; amātes adiuuat. vina enim parāt animos veneri: vnde non immerito Apuleius liberum veneris bortatorem et armigerū appellat. Et Propertius de eo ita scribit. Per te iunguntur per te soluūtur amātes. Fauet flamme. fauet amori. Virgilius. Est mollis flamma medullas. Gnosis in ignotis. Theseus supato minotauro Ariadne auxilio: cum ea et sorore phedra athenas redibat: Adriane pmiserat se eam ducturum vxorem: hippolyto vero filio phedram daturum. Quare quum Diam appulisset: Ariadnam dormientem reliquit. ipsa cum phedra abijt: tuz demum experrecta ariadna eiulatu omnia complebat: Sed quum forte bacchus ea iter faceret puellā in coniugē duxit: quaz paulopost in celū locauit: et de suo nomine liberam appellari voluit: transformauit quoq; in nouem stellas eius coronam: vt in tertio Fastorum. et in octauo met. elegantissime cecinit Ouidius. Diodorus scribit Theseum ex creta cum ariadne profectum: in Naxo permansisse insula: qui quum per somnum Dionysium sibi nisi Ariadnem reliquisset: minitantem vidisset: timore perculsus puella relicta ex insula discessit. Dionysius noctu sumptam ariadnem in montem tulit: qui appellatur Dryos: et is primum euanuit vt deus: Tum quoq; ariadne non amplius visa est. De ea et eius corona plura legito apud Higynium et Diodorum. Gnosis. ariadna a cnoso crete vrbe minois regia. Errabat. spatiabatur. Dia feritur. alluitur.

Munditie placeant: fuscentur corpora cāpo:
Sit bene conueniens: et sine labe toga.
Linguaq; nec rigeat: careant rubigine dentes
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos:
Sit coma: sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineat: et sint sine sordibus vngues
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus:
Nec male adoriti sit tristis anhelitus oris:
Nec ledat nares virq; paterq; gregis.
Cetera lasciue faciant concede puelle:
Et si quis male vir querit habere virum.
Ecce suum vatez liber voca t: hic q; amātes
Adiuuat: et flamme: que calet ipse: fauet:
Gnosis in ignotis amens errabat harenis:
Qua breuis equoreis dia feritur aquis:
Vt erat e somno tunica velata recincta:
Nuda pedem: croceas irreligata comas.
Thesea crudelem surdas clamabat ad vndas

Alle vel Axille.

Hircus i alis cubat

Thesei Ariadne ac phedre Fabula

Dia vel Naxos insula

Dia[vt Ptolomeus tradit]insula est crete adiacēs. de qua Plinius ita scribit. Ab ea septies quingenta Naxus a Delo. xviij. mil. cum oppido: quam strogylem: Dein Diam. Mox Dionysiada a vinearum fertilitate. Alij siciliam minorē aut calipolim appellarunt. Pater circuitu. lxxv. mil. pass. Dimidioq; maior est. quam Paros. Naxos autē antea dia dicebatur: sed post a naxo Polemonis: qui insule imperauit: nomen accepit: vt Diodorus scribit. Croceas comas. flauos capillos. Imbre indigno. indignis lachrymis. Cymbala. in bacchi choro erant Timpana aliaq; huiusmodi instrumēta. Ouidius in met. Tympana quum subito non apparentia raucis: Obstupuere sonis: ⁊ adunco tibia cornu Tinulaq; aera sonant. Cymbala aūt Matris deū peculiaria idē dicūtur etiā in choro bacchi fuisse. q[vt Strabo scribit]Matris deū ⁊ Liberi patris sacra erant cōmunia. quod etiam ostendit Propertius libro tertio in ea elegia: que incipit. Nunc o bacche tuis. vbi cū bacche cybeles sacerdotes fuisse canit. Catullus quoq; in sacris cybeles menades hederigeras appellat. Attonita manu. furēti manu. Tympana. Tympanum apud Plinium quandoq; accipitur pro vasis escarijs: apud Virgilium pro tectis vehiculo: apud Victruuium vero pro machina tractoria: que rota vocatur: hic vero accipit pro musico istrumento: quo in sacris matris Deū peculiariter vtebantur: vt in fastis ostēdit Ouidius: hinc fit verbum timpanizare: ⁊ tympanista: sicut cibalista. Rupit. intermisit territa cimbalorū strepitu. Mimallonides. mimallonides sunt Bacche mulieres: dicte a mōte minoris asie qui mimas dicitur: vbi sacra fieri baccho consueuere. Sparsis in terga capillis. de more bacchantiū. sic ⁊ maro. ventis dāt colla comasq;. ⁊ Ouidius in fastis: vt quas audire solemus Threicias fusis menades ire comis. Leues satyri. veloces satyri. Ouidi. Me satyri celeres: silius ego tecta latebam Quesierant rapido turba proterua pede. sunt autem satyri[vt scribit plinius]in subsolanis indorū montibus: pniciosissimū animal tanq̄ quadrupedes: tamen recte currētes: humana effigie: vt propter velocitatem nisi senes aut egri non capiantur. scribit etiam diuus Hieronymus Beatum antonium vidisse homunculum aduncis naribus: ⁊ fronte cornibus aspera cuius extrema corporis in caprarum pedes deficiebant: ⁊ premisso signo crucis: quum quisnā esset interrogasset antonius respondisse fertur: mortalis ego sum: vnus ex accolis heremi: quos vano errore delusa gentilitas Faunos Satyrosq; ⁊ incubos colit. Syllenus. Syllenus[vt scribit Diodorus]fuit bacchi Pedagogus ac nutritor bonorumq; institutor studiorum. plurimum dionysio ad virtutem ⁊ gloriam resq; bellicas profuit. Ouidius in fastis. Venerat ⁊ senior pādo syllenus asello. Pando. curuo. Vix sedet. nam qui equitant dicuntur sedere. Et pressas continet arte iubas: pre nimia ebrietate titubat: ⁊ vix tenet aselli iubas. pressas arte. arte quadam dispositas: vel breues. Fugiuntq; petuntq;: nunc fugiunt: nunc accedunt ad syllenum. Dum vrget quadrupedem dum cogit morantem asellum bacchas insectari. Ferula. Ferule[vt plinius docet]asinis gratissimum sunt in pabulo: ceteri vero presentaneo veneno: qua de causa animal libero

Instrumēta chori Bacchi et matris Deum

Matris deū ⁊ liberi pr̄is sacra cōuiuia

Tympanum

Mimallonides

Satyri

Syllenus

Ferule

Indigno teneras imbre rigante genas
Clamabat flebatq; simul: sed vtrumq; decebat:
Nec facta est lachrymis turpior illa suis.
Iamq; iterū tūdēs mollissima pectora palmis
Perfidus ille abijt: quid mihi fiet ait?
Quid mihi fiet ait: sonuerunt cymbala toto
Littore: ⁊ attonita tympana pulsa manu.
Excidit illa metu: rupitq; nouissima verba:
Nullus in exanimi corpore sanguis erat.
Ecce mimallonides sparsis in terga capillis:
Ecce leues satyri preuia turba dei.
Ebrius ecce senex pando silenus asello
Vix sedet: ⁊ pressas continet arte iubas.
Dū sequitur bacchas: bacche fugiūtq; petuntq;:
Quadrupedem ferula dū malus vrget eques.

patri assignatur. cui et Ferula. Sacrificabatur autem priapo Asinus: cuius rei causam iocosam refert Ouidius in primo fastorum. Aurito asello: magnas aures habenti. Virgilius. Auritosque sequi lepores. Jam deus. bacchus. Quem summum. quam summam partem: quam tympanum appellari diximus. Texerat vuis. pensilibus: aut certe pictis. Tigribus adiunctis. curru enim vehitur quem tigres et Lynces ducunt. Statius. Promouet effrene dextra leuaque sequuntur Lynces: et vda Mero lambunt retinacula tigres. Tigris autem [vt docet Plinius] hircani et indi ferunt animal velocitatis tremende et maxime cognite: dum capitur. Iccirco autem dicuntur currum bacchi trahere simul cum lyncibus: quia [vt tradit Solinus] vtrumque animal vua depascitur et vino. Lynx vero [docente plinio] animal est peregrinum: quod clarissime omnium quadrupedum cernit: a quo qui bene cernunt dicuntur habere oculos lynceos: vnde nomen Linceo vni ex argonautis inditum puto. De quo Flaccus ita scribit. Solus transibit lumina lyceus. plinius quoque docet paucis mortalium contigisse Lunam nouissimam primamque eodem die: vel nocte: nullo alio in signo quam ariete conspici: et inde fabulam ortam esse cernendi linceo. Apuleius in secundo: perspicatiorem ipso lynceo: vel argo: et oculeus totus. Nazarius in panegyrico Constantini. Non hic. tecum lynceus ille certaret: qui [vtpote ferunt] parietum septa et arborum truncos visu facile traijciebat. Aurea lora. aureas habenas. Et theseus. vox theseum vociferans. Canna palude tremit. ventis agitata mouetur. Celi spectabere sidus. mutaberis in sidus. Ouidius enim scribit Liberum patrem post indiam deuictam secum duxisse indorum filiam pulcherrimam: quare Ariadna merens in assiduo luctu versabatur: quam cum bacchus consolari non posset: in celum tulit: quod antea se ille ei facturum receperat. vnde ipsa in fastis ita loquitur. Illa ego sum: cui tu solitus promittere celum. Hei mihi pro celo qualia dona fero. Sepe reges dubiam. Naute solent dirigere cursus ad siderum rationem: nec septentriones tantum: sed et illis vicinas stellas intuentur: vt booten: orionam: et coronam Ariadne: quam humero sinistro [vt hyginius scribit] prope contingit Arctophilax: qui et bootes a bobus nomen accepit. agitare enim plaustrum videtur Ouidius in met. Nec te spectare booten. Aut helicen iubeo: strictumque orionis ensem. Dubiam ratem. nauem vie ignaram. Cessit harena. se amouit: quasi numen senserit: vel euntis impetum exprimit. Hymenea canunt. De more nubentium inuocabant hymenea: quem catullus Muse vranie filium appellat. Martianus in Mercurij nuptijs eum dicit veneris et bacchi filium fuisse. Donatus scribit eum certas nuptias instituisse. Iccirco per laudem cantari virginalibus nuptijs ob huiusmodi meritum. Seruius vero Hymeneum dicit quendam apud athenas inter bella seuissima virgines liberasse: quam ob causam nubentes eius inuocant nomen: quasi liberatoris virginitatis. Pars eucbion. Eucbius nomen est bacchi. Eucbios enim bonus filius interpretatur quo nomine eum Jupiter pater appellauit: plura eius nomine legito apud Ouidium in met. et Diodorum

In caput aurito cecidit delapsus asello:
Clamarunt satyri: surge age: surge pater:
Jam deus in curru: quem summum texerat vuis
Tigribus adiunctis aurea lora dabat.
Et color et theseus: et vox abiere puelle:
Terque fugam petijt: terque retenta metu.
Horruit: vt steriles: agitat quas ventus: ariste:
Ut leuis madida canna palude tremit:
Cui deus. en adsum tibi cura fidelior inquit:
Pone metum: bacchi gnosias vxor eris.
Munus habe celum: celi spectabere sidus:
Sepe reges dubiam cressa puella ratem:
Dixit: et e curru (ne tigres illa timeret)
Desilit: imposito cessit harena pede.
Implicitamque sinu (neque pugnare valebat)
Abstulit: vt facile est omnia posse deo.
Pars hymenea canunt: pars eucbion eucbio clamat

Currus bacchi
Tigris
Linx
Lincei oculi
Linceus vnus ex Argonautis
Ariadna in sidus
Arctophilax vel Boetes
Hymeneus
Eucbius

Sic coeūt sacro nupta deusq; thoro.
Ergo: vbi contigerit positi tibi munera bacchi:
Atq; erit ī socij femina parte thori.
Nictyleumq; patrē nocturnaq; sacra precare
Ne iubeant capiti vina nocere tuo.
Hic tibi multa licet sermone latentia tecto.
Dicere: que dici sentiat illa sibi
Blanditiasq; leues tenui prescribere vino:
Ut dominam in mensa: se legat illa tuam.
Atq; oculos oculis spectare fatentibus ignem:
Sepe tacens vocem: verbaq; vultus habz.
Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula: quaq; bibit parte puella: bibas.
Et quecunq; cibum digitis libauerit illa:
Tu pete: dumq; petes sit tibi tacta manꝰ
Sint etiam tua vota viro placuisse puelle:
Utilior votis factus amicus erit.
Huic: si forte bibes sortem ꝯcede priorem:
Huic detur capiti missa corona tuo.
Siue sit inferior: seu par: prior omnia sumat
Ne dubites illi verba secunda loqui.
Tuta frequensq; via est ꝑ amici fallere nomen:
Tuta frequensq; licet sit via: crimen habet.
Inde propinator nimirum multa propinet:

Bacchi sacra nocte fiebāt

Coeunt thoro. Baccus & Ariadna eūt cubitū. Nocturnaq; sacra. Bacchi sacra orgia. Bacchanalia. & Trieterica appellata nocte fiebant. Uirgilius. Thyas. vbi audito stimulant trieterica baccho Orgia nocturnusq; vocat clamore citeron. Idē etiā Liuius docet: scribens in bacchanalibus oē genus corruptele fieri solitū q vinū aīos nutr: & multe viris femine etatis tenere oēm extinxissent pudorē. & Catullus. Pars obscura cauis celebrabāt orgia cistis. nyctileꝰ aūt nocturnus interpretatur. Hic tibi in conuiuio inter virū & epulas. Blanditiasq; leues. mollia et placida verba. sic & in amoribus. Verba supercilijs sine voce loquentia dicaz. Verba leges digitis: verba notata mero. Ut dominū in mensa scribe nomen puelle: & se esse tibi dominā legat. declarat aūt hic qđ dixerat. Blāditiasq; leues. Fatentibus ignē: amorē significantibus. hinc Tibullus amantis oculos loquaces appellat. Vultus habet. sepe ex vultu deprehēdimꝰ quicquid verbis cognoscimus. Sic et ad corinnam. Me specta: nutusq; meos: vultumq; loquacē Sint etiam tua vota. maritum q; puelle conciliandū esse dicit. Utilior votis. ad obtinendum amicā Huic: marito puelle. Missa corona tuo. in potu atq; hilaritate coronis vtebantur maiores vt scri. Plinius. vnde cleopatraz legimꝰ in apparatu acciaci belli ꝯtificationem ipsius regine timente. M. Antonio. nec nisi pregustatos cibos sumēte. ab eius ore lusisse extremis corone floribus veneno illitis: ipāq; capiti imposita. Mox procedēte hilaritate inuitasse antonium: vt coronas biberent. Iones aūt ꝑmi vnguēti: coronarūq; in conuiuio dandarum: & secunde mēse ponende: cōsuetudinē haud praua luxurie irritamenta repperisse scribit Ualerius Max. libro secundo. Verba secunda. non aduersantia. Per amici fallere nomē ostendēdo te esse illi amicuz: vxorem subagitare. Crimen hz. fraudez ꝯtinet. Tuta. q: nō times maritum. Frequensq;. q: id vulgo fieri solet. Inde propinator. Propinare est ꝑgustato leniter vino: poculum alteri offerre. Iuuenalis. Quādo propinat viro tibi. Est etiam vt hoc in loco potum cum amico sumere voluptatī grā: qđ coronati amātes faciebāt. Propiabant etiā cum amico absente noiato in eius memoriam bibebant. vnde Socrates apđ platonez

Coronaꝝ vsus i coniugijs.



Propiat

Et sibi mandatis plura bibenda putet.
Certa tibi a nobis dabit mensura bibendi:
Officium prestent mensqꝫ pedesqꝫ suũ.
Jurgia precipue vino stimulata caueto:
Et nimium faciles ad fera bella manꝰ.
Occidit eurition stulte data vina bibendo:
Aptior est dulci mensa merumqꝫ ioco.
Si vox est: canta: si mollia brachia: salta.
Et quacunqꝫ potes dote placere: place:
Ebrietas vt vera nocet: sic ficta iuuabit:
Fac titubet bleso subdola lingua sono.
Et quicquid dices: faciesqꝫ proteruius equo
Credatur nimium causa fuisse merũ.
Et bene dic domine: bene cum quo dormiet illa:
Sed male sit tacita mente precare viro.
At cum discedet mensa conuiua relicta:
Ipsa tibi accessus turba locumqꝫ dabit.
Insere te turbe: leuiterqꝫ admotus eunti
Velle latus digitis: ꝛ pede tange pedez.
Colloquij iã tempus adest: fuge rustice longe
Hinc pudor: audacẽ sorsqꝫ venusqꝫ iuuant.
Non tua sub nostras veniet facundia leges.
Fac tantuz cupias: sponte disertus eris.
Est ꝛ agendus amans: imitãdaqꝫ vulnera verb.
Hic tibi queratur qualibet arte fides.
Non credi labor est: sibi queqꝫ videtur amanda
Pessima sit: nulli non sua forma placet.
Sepe tamen vere cepit simulator amare.
Sepe quod incipiens finxerat esse fuit.

inquit. Hoc poculum critie propino. Plura mandatis. plura pocula sumat amator: q̃ sibi mandatũ fuerit. Videnda putet. vidẽda in oĩbus codicibꝰ legi: sed bibenda emẽdate scribenduz fuit. Officiũ prestẽt. cauendã esse ebrietatẽ dicit: que hoĩes amẽtes reddit: ꝛ titubare facit. Occidit eurytiõ. Euritus centaurus in nuptijs piritoi mero icaluit: ꝛ quuz hippodamẽ rapuisset: a theseo vasto cratẽ ꝓstratus aĩam vinũqꝫ euomuit: vt i xij. met. Ouidius cecinit. Propertius. Tu quoqꝫ o Euritiõ vino cẽtaure peristi. Ebrietas vt vera. docet qñqꝫ simulandã eẽ ebrietatez sic alibi. Quinetiaz vt possem verbis petulãtius vti nõ semel ebrietas est simulata mihi. Subdola lĩgua. ficta. Titubet. hesitet. Bleso balbutiẽti. Proteruiꝰ: petulãtius. Bñdic. bñ ꝑcare. Velle latus. vellica latꝰ puelle. ẽ aũt vellicare summis digitis corpꝰ vellere ꝛ infestare. Quintilianus. et pedagogo se vellicari respõdit. a Gelio tamẽ ponit pro criminari ꝛ aliquẽ carpere id qd inuidi faciũt Colloquij iã tẽpus adest. Aliud ꝑceptũ affert quo abigit timidos: ꝛ verecũdos amantes. Audacem sors. Sic et Tibullus. Audẽdũ est fortes adiuuat ipsa venus. Sub nr̃as leges non docebo texti eloquentia apud amicã. Cupias scire ꝛ elegãter loqui exoptes. Est ꝛ agẽdus amãs. ostendas quoqꝫ te illam impatiẽtiꝰ operire. Imitandaqꝫ vulnera. vulnera appellat amoris ictꝰ. Vir. Vulnus alit venis. Pessima sit si sit turpissima. Imitãtibꝰ. simulantibus se amare. Animũ. puelle mentẽ. Faciem. facies. n. venusta in primis laudat i femina: ꝛ amãtes allicit. Ouidius in amoribus. o facies oculos nata mouere meos. ꝛ alibi Cãdida. Cãdorẽ roseo suffusa rubore ante fuit: niueo lucet i ore rubor. Laudare capillos Flauos. s. ꝛ longos: quales fuere Apollinis: Bacchi: Diones. ꝛ auroræ. Scribit etiam apuleius sibi vnicã curã fuisse caput capillũqꝫ

Euritus Centaurꝰ

Vellicare

Capillorum laus

sedulo et publice prius intueri. Propertius. Fulua coma est longeque manus: et maxima toto corpore. et Ouidius in amoribus. Quam longos habuit nondum pluras capillos. Exiguumque pedem. pes exiguus in femina maxime laudatur. Ouidius in amoribus. pes erat exiguus: pedis est aptissima forma. Delectant etiam castas. Castarum exemplis probat etiam reliquas gaudere pulcritudinibus laude. Nam cur in phrygijs. cur Juno et pallas descenderunt in iudicium paridis: quo ille malum aureum velut victore calculum veneri dandum censuit: nempe quia ambe se veneri preferendas forme elegantia credidere. huius iudicij meminit apuleius. Non tenuisse. non obtinuisse. Auis iunonia. Pauonem designat: cuius caude argi oculos a Mercurio interfecti iunonem apposuisse narrat Ouid. in met. Pennas laudatas. Pauo ut scribit plinius laudatus in trimatu expandit colores aduerso maxime sole: quia sic fulgenti radiat. is ab auctoribus non gloriosum tantum animal traditur: sed etiam maliuolum. Ouidius in met. laudato pauone superbior: pauonem cibi gratia primus occidit Rome orator Hortensius adipali cena sacerdotij. M. Aufidius lucro saginare primus instituit. et eo questu habuit redditus sestertium sexagena milia. Recondet opes. aureas pennas versicoloresque abscondet. Quadrupedes. sonipedes inter currendum ornati gestiunt et gaudent: Depexe. ornate. plausaque colla. colla quibus plaudimus. Virgilius. Et plause sonitum ceruicis amare. Adde deos testes. per deos iura. Notos. eolios ventos qui sunt sub imperio eoli. per styga. per paludem stygem. Virgilius. Dij cuius iurare timent et fallere numen. Nunc fauet. iurantibus falso per stygem. Expedit. vtile est amantibus: quia his credunt puelle: quum per deos iurant. Esse putemus. credamus deos mortalium curam habere. Thura meruumque. thure et vino deos colamus. Nec secura quies. secundum Stoicos dicit deos curare mortalia: et nocentes punire quam rem nec Maro dissimulauit eo versu. Nec curare deum credis mortalia quemquam: Defiet, moratur donec animaduertant innocentes. Innocui. innocentes. Martialis. Innocuos censura solet permittere lusus. Virgilius passiue posuit. Sedere carine omnes innocue

Pauo

Innocuum

Quod magis o faciles imitantibus esse puelle:
Fiet amor verus: qui modo fictus erat.
Blanditijs animum furtim deprendere fas est:
Ut pendens liquida ripa subitur aqua.
Nec faciem: nec te pigeat laudare capillos:
Et teretes digitos: exiguumque pedem.
Delectant etiam castas preconia forme:
Virginibus cure: grataque forma sua est
Nam cur in phrygijs iunonem: et pallada siluis:
Nunc quoque iudicium non tenuisse pudet
Laudatas ostendit auis iunonia pennas:
Si tacitus spectes: illa recondet opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus
Depexeque iube: plausaque colla iuuant.
Nec timide promitte: trahunt promissa puellas
Pollicitis testes quoslibet adde deos.
Juppiter ex alto periuria ridet amantum:
Et iubet eolios irrita ferre notos.
Per styga iunoni falso iurare solebat
Jupiter: exemplo nunc fauet ille suo.
Expedit esse deos: et vt expedit esse putemus
Dentur in antiquos thura meruumque focos
Nec secura quies illos similisque sopori

Numen adest. deus punit hominum scelera. Reddite depo

situm. Deponere est apud aliquem pignus assignare. Uirgilius. Ego hanc vitulam ne forte recuses depono. Deponere etiam est [ut Ulpianus tradit] alicui aliquid custodiendum dare. unde fit depositum in qua significatione nunc accipitur. Pietas sua federa seruet. seruetur iusticia. Ludite si sapitis. puellas solas decipite: in alijs fidem seruate. Fide. violata. Minus est pudēda. non est pudori. Hac vna fraude hoc solo iureiurando: quo fallitis puellas. Fallentes. decipientes amantes. Profanum sunt genus. femine sunt irreligiose. profanum enim [ut pompeius scribit] significat quicquid nō est sanctum: sed porro a fano et religione tenetur. Horatius. Odi profanum vulgus et arceo. Significat etiam quod ex religioso vel sacro in hominum vsum conuersum est. Uirgilius. Quos cōtra eneade bello facere profanos. In laqueo. in insidias. Quas posuere. quas molite sunt amantibus. Dicitur egyptus. Exēplis arguit meretricias fraudes fraude ꝓpulsandas esse. Busiris rex egypti. Neptuni et libies filius fuit: sub quo quum nouē annis nimia siccitate magna eē sterilitas Tharsius docuit Busirim humana hospitum nece posse aq̄s elici. sed primus mox suo inuento īmolatus est. Inde quum ceteri quoque hospites simili modo mactarētur: ab Hercule Busiris eadem pena affectus interijt. Ouidius in ibim. Ut qui post annos sacri monstrator iniqui Elicuit pluuias victima cesus aquas. Strabo negat Busirim vnq̄ regē aut tyrannum fuisse in egypto. Sed id fictum esse propterea: quod huius loci barbari hospites pellant. Iuuantibus arua imbribus. Pluuijs estiuis augentibus nili incrementa: ut docet Strabo: quibus egyptus irrigatur. et fecunda fit. Uirgilius. Et virilem egyptum nigra fecundat harena. Scribit quoque Strabo ī partibus australissimis estate: et nō hieme imbres cadere. in thebaide vero et circa Syenem minime. Aut certe intelligit per imbres nili irrigationē annis nouem defuisse. Nam scribit Seneca Nilum biennio continuo regnante cleopatra etiam non descendisse decimo regni anno et vndecimo. Nilus autem [quem Homerus celestem amnem appellat] a rege Nileo nomen accepit: quum antea Egyptus vocaretur: q̄ is pluribus fossis atque locis oportunis Nilum vtilem incolis reddidit. Autor Diodorus. Nilo autem egyptum irrigari docet Strabo: et latius Plinius scribens. Iustum eius incrementum esse cubitorum. xvi. In. xij. cubitis famē sentire. In. xiij. etiā num esurire. xiiij. cubita hilaritatē afferre. xv. securitatē. xvi. delitias. plura legitur apud Herodotū Diodorū et Senecam libro. iiij. naturalium questionum de Nilo ac eius fontibus. Et phalaris. Perillaus quē etiā perillū dicimus: ad agrigentinū tyrannū phalaridē taurū ereū attulit. docuit eo īcludi posse noxios: et īposito circūquaque igni vocē bouis mugiētis audiri. Tyrānus opus laudauit: vt ipse ī epistolis scripsit: sed artificē primum

Depone
Depositū
Profanū
Busiris rex
Nili irrogatio
Nilus ātea egyptus vocabatur
Nili iustū īcremētū
Perillai cruciatus

Detinet: innocui viuite numen adest.
Reddite depositum: pietas sua federa seruet:
Fraus absit: vacuas cedis habete manus.
Ludite si sapitis solas impune puellas:
Hac minus est vna fraude pudenda fides.
Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos quos posuere cadant.
Dicitur egyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus: atque annos sicca fuisse nouem.
Quū thrasius busirim adit mōstratque piari:
Hospitis effuso sanguine posse iouem.
Illi busiris fies iouis hostia primus:
Inquit: et egypto tu dabis hospes aquā:
Et phalaris tauro violenti membra perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus.
Iustus vterque fuit: neque enim lex iustior vlla est:
Quam necis artifices arte perire sua.
Ergo vt periuras merito periuria fallant:

cruciatū experiri voluit. Ouidius in ibin. Aere perileo veros imittere iuuencos. Ad formam tauri conueniēte sono. Utq; ferox phalaris lingue pri⁹ ense resecta. More bouis paphio clausus in ere genas. De Perilao ita plinius scribit. Perillū nemo laudat seuiorez phalaride tyrāno: cui taurū fecit mugitus bois pollicitus igne subdito. et primo eū expertus est cruciatū iustiore seuicia. Infelix auctor Perilaus. Imbuit op⁹. impleuit ereum aurū.

Adamas

Adamāta mouebis. feminā durissima. Est enim Adamas durissimus lapis duarū violentissime nature rerū ferri ignisq; contemptor: hircino rumpit sanguine: ac ne aliter q̄ recenti calidoq; maceratus: et sic quoq; multis ictibus: tūc etiā p̄terq̄ eximias incudes malleosq; ferreos frāgens nō patitur Adamas a Magnete ferrum attrahi. plura de eo legito apud Pliniū. Male rapta. oscula ita rustice arrepta: vt faciē puelle ledas vel dente vel capite. Inuite volunt p̄sepe puelle vi subigi. Subita rapina. celeri raptu coitus.

Phebes et Ilaire Fabula

Uim passa est. phebe. Phebem et ilairam forme elegātia excellētes Leucipus pater despondit Ide et lynceo fratribus: quas quū rapuissent castor et pollux inter eos pugnatum est ante spartanā vrbem vt higinius docet: in quo plio castor a lynceo est interfect⁹: ipse vo a polluce. at cū Idas in pollucem irrueret: vt fratrem vlcisceret: fulmie ictus est. ipse vero pollux in celum raptus partitus est cū fratre diuinitatem: vt elegātissime narrauit Ouidi⁹ in fastis. Est passa vim. rapta est enim a castore et polluce. Sorore. ilaire. Uterq; raptor. castor et pollux. Fabula nota quidem. Uim puellis gratā eē

Deidamie fabula

docet exemplo Deidamie Lycomedis regis filie: apud quem tethis achilem sub muliebri habitu celauit: qm̄ a ꝓtheo accepat illū perituꝝ esse in bello troiano. dicēte Statio. Ui potitur votis et toto pectore veros admonet amplex

Exemplo doleat femina lesa suo
Et lachryme ꝓsūt: lachrymis adamāta mouebis
Fac madidas videat (si potes) illa genas
Si lachryme (neq; eñ veniūt in tp̄e semper)
Deficient: vda lumina tange manu.
Quis sapiēs blādis nō misceat oscula verbis
Illa licet nō det: nō data sume tamen
Pugnabit primo fortassis: et improbe dicet:
Pugnando vinci se tamen illa volet
Tm̄ ne noceāt teneris male rapta labellis
Neue queri possit dura fuisse caue:
Oscula qui sumpsit: si nō et cetera sumpsit:
Hec q̄q; (q̄ data sunt) ꝑdere dignus erat
Quantū defuerat pleno post oscula voto:
Hei mihi rusticitas: non pudor illa fuit.
Uim licet appelles: grata est vis ista puellis
Quod iuuat: inuite sepe dedisse volunt.
Quecūq; est veneris subita violata rapina:
Gaudet: et improbitas muneris instar habet
At que quū posset cogi: non tacta recessit:
Quūz simulet vultu gaudia: tristis erit.
Uim passa est phebe: vis est illata sorori:
Et gratus raptas raptor vterq; fuit.
Fabula nota quidē: sed nō indigna referri:
Scyrias emonio victa puella viro.
Jam dea laudate dederat mala premia forme:
Colle sub ideo vincere digna venus.
Jam nurus ad priamū diuerso venerat orbe:
Grataq; in iliacis menibus vxor erat.

tus: Puelle scyrias. Deidamia filia Lycomedis regis scyri insule: que contra magnesios incumbit: clarissima ppter Lycomedis cum achille affinitatem: et achillis filium Neoptolenu ibi pcreatum et enutritum posterioribus annis: vt est auctor Strabo. Iam dea. venus. Mala premia helenam: quam venus paridi pmiserat. vnde paris apud Ouidium ita inquit. Pollicita e thalamo te citherea meo. Laudate forme. prelata em fuerat a paride ven? Iunoni et Palladi: vt antea dictum est. Iurabant oms. tangit tertiu genus militie. quod Sacramentu appellatu fuisse Seruius docet. Iurarunt aut greci in aulide dicente Virgilio. Non ego cu danais troiana excindere gentem. Aulide iuraui. Dolor vnius. menelai mariti helene dolor. Publica causa. q2 ea iniuria visa e ad omnes grecos pertinere. Turpe erat achili dedecus. Veste longa. nam tethys femineo habitu achillem induit dicente Statio. Aspicit ambiguu genitrix cogitq volentem Innectitq graues sinus: tunc colla rigentia mollit. Submittitq graues humeros: et fortia laxat Brachia. et impexos certo domat ordine crines. Ac sua dilecta ceruice monilia transfert. Et picturato cohibet vestigia limbo: Incessumq motumq docet fanditq pudorem. Titulos. gloriam. Alia parte palladis. qm tractabis arma et prelia: quorum pallas fuit inuentrix et princeps: vt Cicero de natura deoru tradidit. Diodorus tamen no palla: sed matrem fuisse scribit. Fusos succinctos. plenos et quasi alligatos. Oposa stamine. filo tenui. Stamen autem (vt varro scribit) a stando dr: q eo stat omne velamentu in tela. qd aut sit Stamen qd Subtegme ex eo Ouidij met. versu percipi pot. Tela iugo iuncta est. Stame secernit arundo Inseritur mediu radijs sub tegmen acutum. pelias hasta. hasta achillis a pelio thessalie monte. ea erat ex fraxino: vt Strabo et plini? docent. tante aut fuit magnitudinis vt cu Patroclus arma sumpsisset ab achille hastam reliquerit: tanq intractabile. Virgo regalis. Deidamia regis filia. Comperit. nam antea crediderat fuisse puellam achillem. Stupro. stupru proprie coitus est in virgine et vidua. Properaret. eam subagitare et vincere. Fortia arma. mentula designat. sic et Propertius. Osculaq admota sumere et arma manu. Cepisse priore. pore femina coitu petere. Sic gratum est pati. sic delectat coitus. Alio incipiente. alio vim afferente. Illa roget. amantem precetur vt secum coeat. At veteres heroidas. ad Iopem vnam ex. xij. Asopi filiabus

Scyros insula

Iurabant oms in lesi verba mariti:
Nam dolor vnius publica causa fuit.
Turpe nisi hoc matris precib? tribuisset achilles
Veste viru longa dissimulatus erat.
Quid facis eacide: no sunt tua munera lane
Ah titulos alia palladis arte petes.
Quid tibi cu calathis: clipeo manus apta feredo
Pensa quid in dextra qua cadet hector habes
Reijce succinctos operoso stamine fusos
Quassanda est ista pelias hasta manu.
Forte erat in thalamo virgo regalis eode:
Hec illu stupro comperit esse virum
Viribus illa quide victa est: ita credere oportet:
Sed voluit vinci viribus illa tamen.
Sepe mane dixit: quu ia properaret achilles
Fortia iam posita sumpserat arma color:
Vis vbi nuc illa est: quid blanda voce moraris
Auctorem stupri deidamia tui?
Scilicet vt pudor est: quonda cepisse priorem
Sic alio gratu est incipiente pati.
Ah nimia est proprie iuueni fiducia forme
Expectet si quis dum prior illa roget.

Stamen subtegme

Achillis hasta

Fastus

ad Europen. Danaẽ. Semelẽ. Jo. τ alias heroinas. A precibus. interprecandum. Tumidos fastus. fastidia τ iactantiã. fastus eñ quarte declinationis superbiã significat: vnde fit verbum fastidio. Fasti vero secũde. libri sunt festa continẽtes. quãuis etiaꝫ quarte declinationis reperiat̃. Incepto parce. desiste p̃cari. Quod refugit eũ qui a precibus desistit. Nec spes est veneris: ineũdam esse plerũq; cum puellis grãm docꝫ sub amicitie: nõ coitq; noie tetrice puelle graui. seuere Candidus in nauta. Exemplis docet amãtes pallorẽ decere. Equoris vnda. estu: τ fluctibus marinis. A radijs siderijs. a solis feruore. Turpis et agricole. candor quoq; minime decet agricolam. Sub ioue. sub dio. Horatius. manet sub ioue frigido venator. Corone palladie. corone oleagine. Est eñ olea arbor sacra palladi: q̃ victores in olympico certamine coronabant̃. vnde Herodotus in octauo scribit. Arcades perfugas interroganti Xerxi. Quodnã premium esset ꝓpositum victoribus in olympico certamine respondisse Oleaginã coronã esse que dõaretur. Erant autem olim in grecia quattuor ludorum genera pre ceteris celebratissima. Fuere ludi olympici qui celebrabant̃. v. quoq; anno magna hoim frequẽtia ĩ honorem iouis olympici: idq; temp⁹ olympiada appellarunt: victores donabant̃ oleagina corona. Erãt pithij appolini sacri. in quibus victor poma referebat. Isthmij vo ludi erãt palemoni dicati. Victori corona ex apio dabat̃. Nemei. ĩ memoriam archemori sunt instituti: victores pinea corona ornati discedebant. Turpis eris. naꝫ currentes in olympico certamine sole feruẽti et puluere reddebantur fusci. Pallidus in lincem. Orion filius fuit Neptuni et euriales vt voluit Hesiodus. Aristonicus patrem Erithrea appellat. Ouidius vero in fastis hireum. cuius fabulam in. v. elegantissime describit. plura de eo etiã higinius. Hic comes fuit Diane τ ab ea adeo dilectus: vt ei nupsisse existimaretur chium venit: et enopionis filiam meropẽ comp̃ssit: p quo facto ab enopione excecatus est. hũc etiaꝫ scribit higinius in boetia pleiadibus voluisse vim inferre: et eas fugientes secutum fuisse annis. xij. Diodorus refert Orionẽ cum magnitudine: cum corpis robore he-

Quattuor ludor̃ genera ĩ grecia τ eorũ premia Olipias

Orionis fabula

Vir prior accedat: vir verba precãtia dicat
Excipiat blandas molliter illa preces:
Ut potiare roga: tñ cupit illa rogari:
Da causam voti: principiumq; tui.
Juppiter ad veteres supplex heroidas ibat
Corripuit magnũ nulla puella iouem
Si tñ a precibus tumidos accedere fastus
Senseris: incepto parce: referq; pedem:
Quod refugit multe cupiũt: odere quod instat
Lenius instando tedia tolle tui.
Nec spes est veneris semp̃ profitenda roganti
Intret amicitie noĩe tectus amor.
Hoc aditu vidi tetrice data verba puelle:
Qui fuerat cultor: factus amator erat.
Candidus in nauta turpis color: equoris vnda
Debet: τ a radijs sideris esse niger:
Turpis τ agricole: q̃ vomere semp̃ adunco:
Et grauibus rastris sub ioue versat humum.
Et tu palladie petitur cui fama corone:
Candida si fuerint corpora: turpis eris.
Palleat oĩs amãs: color est hic aptus amanti
Hoc docet: hoc multi nõ valuisse putãt.
Pallidus in lyncem siluis errabat orion:
Pallidus in lenta naide daphnis erat.
Arguat τ macies vultum nec turpe putaris:

roas excedentē. venatorem fuisse: sed cū in sicilia multa fecisset laude digna. ad Euboeā diuertit et ꝓpter famā inter astra ānumeratus: immortale nomen adeptus est. sane Orionis amicas duas fuisse legimus. Alteram aurorā. cuius meminit homerus in edissa. Alteram Dianā: vt iam diximus. non aūt Lirmen aut lincē: vt nōnulli putant. Ouidius enī precipit amatores palescere debere Orionis exemplo qui linces insequēdo amoris ardorē sedare studebat. Horatius. Nec curat Orion leones. Aut timidas agitare lincas. Est aūt lix fe. genere: animal peregrinum acutissimi visus varietate macularū distinctum: longe diuersum a ceruarijs: cuius vrinam congelari in gemmas carbunculis similes: et lyncurium appellari Plinius scribit. Lyncus aūt rex scithie mutatus fuit in hanc feram: vt i. v. me. docz Ouidius. Pallidus in lentā ex mercurio et nimpha daphnidē natum in sicilia scribit Diodorus et a laurorū multitudine: in qua diuertebant nymphe ita appellatū. Educatus a nymphis boū ꝑmulta possedit armenta: a quorum cura bucolos est dictus. Quum esset ingenio acri studiumq; plurimū gubernandis bobus impediret. Carmen bucolicum. quod postea a siculis in precio habitum fuit inuenit. In Diane grām venatui operam dedit: eamq; phistula et cātu bucolico delectauit. hu⁹ amore capta nympha illi ꝑdixit: si cui alteri iungeretur se illum visu priuaturam: postmodum quadā regis filia a se ebrio stuprata: oculis [vt predictum fuerat] captus est: hunc scripsit Theocritus Naiadē nymphā masse: et vxorem duxisse tandē amore defunctū esse: qua inter moriendū longo carmine irridet venus. Lenta. dura et tarda ad amandū Daphnidē. Pileolū. paruū galex. conqrar. in amore ne amico quidē fidē duz esse dicit. Esse mistum. esse confusum. Fasq; nephasq;. quia sub amici nomine latet: qui tibi insidias statuit. At nō Actorides. perpaucos amicis fidos fuisse cōmemorat. se nullos tales reperiri amplius posse ostendit. Actorides aūt patronymicum est ab auo deductū. Actor enī fuit p̄r Menetij patris patrocli. patroclus aūt educatus in Opunte cedē nō voluntariā patrauit. puerum enī coeuū Amphidamantis filium clysonomū iratus interfecit: qui ob hāc rem patria exul phithiā venit: vbi ꝓ affinitate: que intercedebat cū Peleo et Achille moratus: amicitiāq; inter se ꝑuātes excellentē: simul ad bellū troianū ꝓfecti sunt. Lectum Achillis hippodamiam brisei filiam. Ad pirithoum. initiū amicitie inter theseū et pirithoū et q̄tum se mutuo dilexerit: docet Plutarchus in theseo. phedra pudica fuit. Pirithous nō violauit phedrā vxorē thesei. Hermionem pylades. Hermion filia helene et Menelai. q̄uis alij ex theseo natam velint a Tyndaro Oresti agamennonis filio et patrueli suo nupsit: cui Pylades Strophij phocensis filius: qui quum antea tū maxime eo tempore: quo post occisam matrē clitemnestrā in insaniā versus est: comes fidelissimus et amicus extitit. Ouidius in ponto. Non ita vixerunt strophio atq; agamēnone nati. Quo pallade phebus: vt amauit pio et fraterno amore phebus sororē Pallada: sic Hermionem Pylades. Geminus castor. castor gemellus. Uirgilius. Geminos huic verba circū Ludere pendētes pueros. Sūt aūt Gemini siue gemelli: qui vno die eodē vtero editi sunt: at si plures duobus sint. vt apd Liuiū. Horatios tergeminos fuisse legim⁹. et apud Stra. egyptias mulieres interdū. Quater

Pileolum nitidis imposuisse comis.
Attenuāt iuuenū vigilate corpora noctes:
Curaq; et immenso qui fit amore dolor.
Ut voto potiare tuo miserabilis esto
Ut qui te videat: dicere possit amas.
Conquerar: an moneā mistū fas esse: nephasq;
Nomen amicitie: nomen inane fides.
Hei mihi nō tutū est: quod ames laudare sodali:
Quū tibi laudāti credidit: ille subit.
At nō actorides lectū temerauit achillis
Quantū ad pyrithoū phedra pudica fuit.
Hermionē pylades: quo pallada pheb⁹ amauit
Quodq; tibi geminus tyndari castor erat
Si quis idē sperat: laturas poma myricas

Orionis amice
Linx
Lincurium
daphnis
Carminis bucolici inuentum
Actor
Patroclus
Hermiōe
Pylades
Gemini
Gemelli
Tergemini
Quater gemini

Septē gemini

Jupiter ī cignū mutatus ꝯcubuit cū leda

geminos pepisse: & quādā Septengeminos. Castor igitᷣ & pollux iō Gemini appellanᷣ q̄ eodeȝ partu sunt editi: de his multa hygynius. Tyndari. o helena tindari filia. Leda enīȝ Tindari vxor genuit castorē & pollucē: Helenāq̄ȝ & clitemnestrā. poete tn̄ fabulanᷣ iouē in cygnū mutatū ꝯcubuisse cū leda: q̄ duo oua pepit: ex quibꝰ nati sunt Pollux helena: castor & clitēnestra. Hora. Nec gemino bellū troianū ordiᷣ ab ouo. Higinius tn̄ scri. Nemes cū in ioue verso ī cignū cōpressam fuisse: q̄ actis mēsibꝰ ouū procreauit: qđ Mercuriꝰ auferēs detulit spartā & lede sedēti ꝓiecit in gremiū: ex q̄ nata ē Helena ceteris specie p̄stās: quā leda suā filiā noīauit. Alij āt cū leda iouē cōcubuisse ī Olorē cōuersō: de q̄ in medio reliquimꝰ: hec higinꝰ. Myricas. Mirica ut Seruiꝰ docet ē genꝰ virgulti humilis: qđ & Genesta appellamꝰ. Virgili. humilesq̄ȝ Myrice. Myricē Pli. scri. ab aliis Tamaricē appellari: & in italia nasci. Laturas poma. qđ ē ipossibile. Nil nisi turpe iuuat. Hoīes vt voluptati idulgeāt nll'ā habēt amicorꝫ & honestatꝫ rōnē. Hec q̄ȝ ab alteriꝰ. eo magis gaudemꝰ: q̄ maiore alios dolore afficimus. Mille mōis. mille rōibꝰ. Nec eadē. sic Virg. Nec terre ferre oēs oia possunt. Proteꝰ Leuis. Proteus filiꝰ fuit oceani et hethyos. Palenē vrbē Macedonie patriā habuit. Virg. Hic nūc emathie portus p̄riāq̄ȝ reuisit palenē. Carpatuȝ isulā iter egyptū & rhodū positā tenuit. Figiᷣ a poetꝫ Neptuni armēta pascē: de ꝓteo ita scri. Diodo. Quū egyptꝰ rege careret: ex dignioribꝰ qdā ī regē assumptꝰ ē iliaci belli tp̄e: quē egyptij Cetē greci ꝓteū appellāt. Hūc artium peritū: & ī varias se formas solitū ꝯtere tradiderunt: vt nūc aīal: qn̄q̄ȝ arbor: aut ignis: aut qđ aliđ videreᷣ. Cōsuetudo aūt regibus tradita: grecis cām hmōi transmutatiōis figēdi p̄buit. Nā egyptijs regibꝰ mos erat: āt leonis: aut tauri aut draconis p̄orē p̄tē ī capite ferre isignia p̄ncipatꝰ. Qn̄q̄ȝ ꝟo arbori ignē: & redolētia sup̄ caput vnguēta. h̄ tū ad dcorē: tū ad ornatū spectabāt: tū stuporē ac sup̄stōēȝ quādā aspiciētibꝰ inijciebāt

Myrica vel Genesta

Tamarix

Proteus

Speret: & e medio flumine mella petat:
Nil nisi turpe iuuat: cure ē sua cuiqȝ voluptas
Hec q̄ȝ ab alterius grata dolore venit.
Heu facinus: non est hostis metuēdus amanti:
Quos credis fidos: effuge tutus eris.
Cognatum: fratremqȝ caue: fidumqȝ sodalē
Prebebit veros hec tibi turba metus.
Finiturus eram: sed sunt diuersa puellis
Pectora: mille animos excipe mille modis.
Nec tellus eadē parit omnia: vitibus illa
Conuenit: hec oleis: hic bene farra virent.
Pectoribus mores tot sunt: quot in orbe figure
Qui sapit: innumeris moribꝰ aptus erit:
Utqȝ leuis proteus modo se tenuabat in vndas:
Nunc leo: nūc arbor: nunc erat hircus aper.
Hic iaculo pisces: illic capiuntur ab hamis:
Hos caua contento retia fune trahunt.
Nec tibi ꝯueniet cunctos modus vnus ad annos
Longius insidias curua videbit anus.
Si doctus videare rudi petulansue pudenti:
Diffidet misere protinus illa sibi.
Inde fit: vt que se timuit committere honesto:

Huiꝰ regis meminit ēt herodotꝰ. Aut poete fingūt eū vatē fuisse: nec nisi coactū futurā p̄dicē solita. captꝰ. n. ī varia mōstra se ꝯuertēs hoīes eludebat: vt ī vltio Georgi. ośidit Maro. hic Hor. ī Sermōibꝰ fallacē debitorē ꝓteū appellat. Hic iaculo. fuscina. Modꝰ vnꝰ. vnꝰ ordo. Ad cūctos ānos. ad vnāquāq̄ȝ etatē. Doctꝰ callidꝰ. Rudi puelle. idocte. Diffidet sibi. nullā in se spē hēbit posse tuas insidias effugere. Honesto. viro honos mores p̄ se ferēti. Inde. ēt eō q̄ doctꝰ appeas ruri

Vilis.vel ipa vilis que relicto maioris dignitatis amatore:ad inferiorem eat: vel ad vilis aplexus ad vilem amantis amorē. Pars superat.restat.puellā eñ diutius conseruandā docebit.Exhausta.finita.docuit eñ quo pacto amica inuenienda: et exoranda sit. Hic,teneat nostras,naute exemplo quiescendum esse dicit.

Bartholomei Merulae. Enarrationes in secundum volumen Ouidij de arte amandi.

Vilis ad amplexus inferioris eat.
Pars superat cepti:pars est exhausta laboris
Hic teneat nostras anchora iacta rates.

P. Ouidij Nasonis de arte amandi Liber Secundus.



Dicite io pean:et io bis dicite peā
Decidit in casses preda petita meos.
Letus amās donet viridi mea carmina palma
Preferor ascreo meonioqz seni.
Talis ab armiferis priameius hospes amyclis
Candida cū rapta cōiuge vela dabat.
Talis erat qui te curru victore ferebat



Dicite io pean. Ex tribus partib' qs proposuerat Ouidius duas absoluit Tertia supest quā nunc exequit. Docet eñ in hoc scdo libro.quemadmodum ab amatore conseruand' diu sit amice amor: quam assiduo labore sibi morigerā reddidit. Dicite io pean. Triumphandū esse dicit de amica subacta:et apolinē inuocādū:vt in triumphis fieri solebat. Ouidius in met. letos mollire triumphos. Et peana vocanitidaqz incingere lauro: et in tristibus. Tempora phebea lauro cingentur.ioqz Miles io magna voce triūphe canet. Strabo in.xviij scribit pythone sagittis ab Apolline debellato parnasios inter adhortandū io pean clamitasse.ideoqz consuetudinē traditā:vt qui cōsecuturi sunt aciē:sic peanis celebrationem clamitēt. Pean autē non modo Apolinē significat: sed ipsius et ceterorū deorū laudē. Virgilius.letūqz choro peana canentes.et Statius. Herculeū peana canūt. Io vero vox est clamantis. Virgilius. Io matres audite vbiqz latine. In meos casses.in mea retia. Preda petita.puella quesita. Viridi palma.qm donet amantē victoriā consequi de amica.palma aūt ideo datur victoribus:qz ea arbor semp viret vel vt Gelius scribit qz nullo pondere degrauari potest:qn surgat et se eleuet.refringit enim vel extollit quicqd supimponitur.preferor ascreo.ppono: Hesiodo ab Ascra boetie vico appellato Meonioqz seni. Homero a meone patre eodemqz patruo vt Plutarchus scribit.vel vt maluit Aristoteles in libro de poetica a Meone lydorū rege:qui eū pfillo educauit:et Melisigenē prius dictum scribit a melete fluuio:iuxta quē eū mater pepit:postea factus cecus Homeri nomen accepit.cumei nāqz et Jones oculis captos Homeros dicūt. Multe ciuitates eius ortū sibi vendicant:vt docet Gelius eo disticho. Septem vrbes certant de stirpe insignis homeri. Smirna Rhodos.colophon. Salamin. Jus. Argos. Athene. Talis ab armiferis. Ex similitudinum aggeratione amantis leticiā exprimit ab Amyclis armiferis a bellicosis amyclis. Amice autē fuit ciuitas Jaconie patria helene. Priamei hospes Paris quē menelaus suscepit hospitio. Is enim cum enea cū aliquot nauibus in laconiam Spartā ad Menelaū nauigauit:ab eoqz suscept' hospitio:cōmendat vxori helene:quū ipe eo tpe in cretā nauigaret ad diuidēdas Atrei opes. Helena absente marito:capta paridis pulchritudine:cū eo ad troiam nauigauit. Herodotus tamen scribit eā in egyptū tepestate delatā fuenisse:protheūqz regē eā marito Menelao reddidisse. Talis erat qui te curru.cenomaus rex Pise et Elidis in peloponeso fili' Martis et egine cum accepisset ex oraculo se moriturū:quū pmū filia nupsisset eā in ppetua virginitate asseruādā curauit Itaqz quicūqz filiā peteret cū ea cursu certabat.hēbat eñ duos velocissimos equos phila et bar

Io pean
Pean
Io
Palma
Ascra
Meoni'
poeta
Melisigenem
Homer'
Helene fuga.
Hippodamie et pelopis fabula

pinam equorū cursum instituit a pisa ad aram Neptuni: q̄ est apud Isthmuz corinthi. cursus erat eiusmodi: cenomaus arietē ioui sacrificabat. Qui virginē postulabat. quattuor equorū ferebatur curru: cenomaus sacris p̄actis. cursu sequebat̄ precedentē auriga myrtilo: assecutuz hasta quam gestabat manu interficiebat. Primus marmacas perijt. multiq₃ etiā post illum. Tandez Pelops Tantali filius et Pelopōneso veniēs corrupto Mirtilo victor euasit. Enomaus existimans aduenisse responsi tempus sibi mortē cōsciuit. pelops sumpta vxore hippodamia Pise regnum tenuit. auctor Diodor⁹. Peregrinis rotis. curru peregrini pelopis. e phrygia em̄ in pelopōnesuz venerat. Tua pinus. tua nauis et pini arbore. i. tuus amoris cursus. est em̄ a nauigantibus sumpta trāslatio. Et longe. nam plura adhuc instant dicēda. Nec minor ē virtus. Sētentia loco congruens. Puer et cytherea. cupidinē et venerē inuocat. Si quādo fauistis. s. Erato. erato vna est ex nouē musis dicta ab eros eratos q̄ amorez significat: q̄ docti hoīes ab oībus amentur: vt Diodo. asserit. Remanere durare. puer p̄uagus: q: amice sepenumero ab amante ad aliuz deficiūt. quod p̄persius queritur ea elegia que sic incipit. Iste q̄d ego sepe fui. sed forsā in hora. Hoc ipso eiecto Carior alter erit. Et hz geminas quibus euolet alas. q̄re cupidini ale attribute sint: ita etiā docet p̄persius. Scilicet alterna q̄m iactamur in vnda. Nostraq₃ nō vllis permanet aura locis. Hospitis effugio. Exemplis docet: cupidinē. i. femineū amorē nō posse tenere: q̄n q̄ velit euolet. Effugio hospitis Dedalus genere atheniensis natus et mitiono Eupalmi p̄clarus architectus fuit. hic interfecto Talo sororis filio p̄ inuidiaz q̄ Serrā rotā figuli: ꝛ tornū repperisset: ab Ariopagitis dānatus in cretam p̄fugit: quē cum minos comperissz bouē ligneā pasiphae fabricasse: in labyrintho eum cuz filio Icaro includi iussit. aut vt refert Diodor⁹. Pasiphae eū abscōdidit. Ille v̄o desp̄ato nauis trāsitu: q̄ minos loca oia p̄cluserat et pecunias p̄miserat. si q̄s Dedalū īuenisset alas cera cōpactas sibi et filio applicuit: euolauitq₃. in siciliā. Icar⁹ q̄m alti⁹ euaserat in mare decidit. q̄d ab eo Icaz cognoīatū voluit Ouidi⁹. Fabulā pleni⁹ refert Diodo. ꝛ Oui. ī met. Precluserat oīa. terras ꝛ maria clauserat. Crimine m̄ris. Parsiphaes infando p̄cubitu. Vt clausit. postea q̄ labirinthū edificauit. Sit modus exilio. Verba sūt dedali p̄cātis minoa. Terra pater vrbs athenensis. Senis. p̄ris Dedali. Puero filio Icaro. Et possidet equora minos. Creten

Dedali fabula

Nauigādi Pricipat⁹

Vecta peregrinis hippodamia rotis.
Quid properas iuuenis: medijs tua pin⁹ in vndis
Nauigat: ꝛ longe quē peto portus abest.
Non satis inuenisse tibi est me vate puellā:
Arte mea capta est: arte tenēda mea est:
Nec minor est virtus q̄ querere parta tueri.
Casus inest illic: hic erit artis opus.
Nūc mihi si q̄n puer ꝛ cytherea fauete
Nunc erato naz tu nomē amoris habes
Magna paro: q̄s possit amor remanere p̄ artes
Dicere: taz vasto peruagus orbe puer.
Et leuis est: ꝛ hz geminas quib⁹ euolet alas:
Difficile est illis imposuisse modum.
Hospitis effugio p̄cluserat omnia minos
Audacem pennis repperit ille viam:
Dedalus vt clausit conceptū crimine matris
Semibouēq₃ virum: semiuirūq₃ bouem:
Sit modus exilio dixit iustissime minos:
Accipiat cineres terra paterna meos.
Et q̄m in patria fatis agitatus iniquis
Viuere nō potui: da mihi posse mori:
Da redituz puero: senis est si gratia vilis:

Si non vis puero parcere: parce seni.
Dixerat hec: sed & hec multo plura licebat
Dicere: & egressus non dabat ille viro:
Qđ simul ac sensit: nunc nūc o dedale dixit.
Materiā: qua sis ingeniosus: habes.
Possidet & terras: & possidet equora minos:
Nec tellus nostre: nec patet vnda fuge.
Restat iter celi: celo tentabimus ire:
Da veniā cepto iupiter alme meo.
Non ego sidereas affecto tangere sedes:
Qua fugiā dñm: nulla nisi ista via est.
Per stiga detur iter: stigias transibimus vndas:
Sunt mihi nature iura nouāda mee
Ingeniū mala sepe mouēt: q̄s crederet vnq̄
Aereas hoīem carpere posse vias:
Remigiū volucrū disponit in ordine pennas:
Et leue per lini vincula nectit opus:
Iamq̄ pars ceris astringitur igne solutis:
Finitusq̄ noue iam labor artis erat.
Tractabat cerāq̄ puer: pēnasq̄ renidens
Nescius hec humeris arma parata suis.
Cui pater his inquit patria est adeūda carinis:
Hac nobis minos effugiendus ope:
Aera nō potuit minos: alia oīa clausit
Qua licet inuentis aera rumpe meis.
Sed tibi nō virgo tegeca: comesq̄ bootes
Ensifer orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datis: ego preuius ibo:
Sit tibi cura sequi: me duce tutus eris.

ses nanq̄ vt strabo docet nauigā di olim principatū tenuere. vnde puerbium erat. Si quis q̄ nouit se ignorare dissimulet. cretes nescit pelag⁹. Per stiga detur iter. inuitū se dicit aerem tētare. Stigias vndas ne iouē offendā. Iura nouanda: nature iura. Dedal⁹ d: innouare: quū aerē volucribus ꝯcessū tētat: relicta terra. Ingenium mala sepe mouēt. Pericula reddūt hominē igeniosū. Aerias vias. Hora. Expt⁹ vacuū. Dedal⁹ aera pennis nō hoī datis. Remigium volucrū. Remigiū est ipe ordo remorū vñ ēt p metaphorā de auib⁹ dicimus. Virg. Remigio alarū. Virgo tegeea. Calisto arcadica. ab vrbe Tegeea: a qua Virgili⁹ ēt Pana Tegeeū appellauit. Calisto āt Lycaōis arcadie reg̃ filia a ioue ꝯpssa: mutata fuit a iunōe ī vrsaz: quā iupit̄ cū filio it̄ sidera collocauit eāq̄ arctū q̄ latie vrsā significat: filiū Arctophylaca nomiauit Fabulā narrat Oui. & Plini⁹ higynius. Hec nōnunq̄ helice appellat̄: vt nnulli volūt ab archadie oppido. Higynt⁹ scri. Helicē: & cynosurā nymphas fuisse Iouis nutrices: & p beneficio in mūdo collocatas. & vtrasq̄ arctos appellatas q̄s nr̄i Septētriones dixerūt: cuius nois significatōnē docz Gelius. Helicē aūt greci. Cynosuram vo phenices aspicietes continue nauigant. Oui. Esse duas arctos quarū cynosura vocat̄ Sidonijs: Helicē graia carmina notat. Comesq̄ bootes. Arctō plaustrū nominarūt: q̄ sidera puiderūt. nā et septē stellis: duas q̄ pariles vidēt̄ p bob⁹ habuerūt. Reliq̄ vo quinq̄ figurā plaustri simularūt. Proximā illi stolā Bootē dixerūt a bobus: q̄s videnr̄ agitare. Hūc & Arctophilaca. i. vrse custodē appellari dixim⁹. Ensifer orio. Orionis sidus obseruari a naut̄ docz etiaz Virgilius: quū ait. Armatūq̄ auro circūspicit oriona. ensifer autē appellat̄: qm̄ tres stelle sūt: q̄bus gladi⁹ in eius dextra deformat̄: vt higinius docet. Me pēnis sectare. ne aspicias vlla sidera. sed me tm̄ volatu subseq̄re. Inter vtrūq̄ vola, mediū tene. Mōte minor collis, collez crete describit

Calisto in vrsam

Arcton

Helice

Septētriones helicis & cynosure obseruatio

Plaustrū

Bootes Arctophilat

Orionis sydus

vnde Dedalus cum filio euolauit Jam Samos a leua. Samos vt apuleius scribit modica insula est in mari icario et aduersum Milectos ad occidentē eius sita: in ea fanū fuit Junonis antiq̄tus famigeratum: cuius dee donarium in lancibus: speculis: poculis plurimo auro τ argēto erat p̄q̄ opulētum. erant quoq; multe eris effigies: τ ante araz Bathilli statua a polycrate tyranno dicata. plā legito apud Apuleiuz in secundo floridoꝝ. huius insule meminit ēt Ouidius in met. dicēs. Et iā iunonia leua Parte samos fuerat. Naxos. naxos vna est ex cicladibus: de qua virgilius. Bacchatamq; iugis Naxon. Et paros. Paros quoq; inter ciclades pōitur: marmore nobilis. Primo platea. post ea minoida vocata. Et clario delos. Delos cicladuz est longe clarissima: natali: τ tēplo apollinis: et mercatu celebrata. Clario deo. apollini dicto vel a clario oppido in confinio colophoniorum. vel a claro cicladum vna vbi colebatur Dextra lebinthos erat. Lebinthos quoq; vna est ex cicladibus Umbrosa calydne. Calydne isula a strabone ponitur iter sporades q̄uis scribat plerosq; asserere duas esse calydnas: Leram scilicet atq; calimnā. in ea idē scribit mel nasci: quod reliquum antecellit. Ouidius in met. fecundaq; melle calimnos. Cinctaq; piscosis astiphalea. Astiphalea insula ē Sporadum vna: vnam habens ciuitatem. hec ad enidiam oram ꝑtēditur. longa. sublimis. angusta. circuitum ad quadragena et cētena complectēs stadia: cui τ statio nauium adest: auctor strabo. Uadis piscosis piscibus plenis. sic alibi Ouidius enidon illi vicinū piscosam appellauit. Deseruit q; prēz. viā quam tenebat pater reliquit. Deo ꝑpiore. sole vicino. Nō iā prī q; erat sine filio. Eq̄ra nomē hūt ab icario. ex q̄ icariū Mare appellatuz fuit. q̄uis Plinius ab icaro insula nomen datum velit. Deuz

Samos insula

Naxos

Paros

Delos

Clarius deus

Lebyntos

Calydne

Astiphalea.

Icarium

Nam siue ethereas vicino sole per auras
Ibimus: impatiens cera caloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas:
Mobilis equoreis pēna madescet aquis.
Inter vtrūq; vola: ventos q̄; nate caueto:
Quaq; ferent aure: vela secunda dato.
Dū monet: aptat opus puero: mōstratq; moueri:
Erudit infirmas vt sua mater aues.
Inde sibi factas humeris accōmodat alas:
Perq; nouū timide corpora librat iter.
Jamq; volaturus paruo dedit oscula nato:
Nec patrie lachrymas continuere gene.
Monte minor collis campis erat altior equis:
Hinc data sunt misere corpora bina fuge:
Et mouet ipse suas: τ nati respicit alas:
Dedalus: τ cursus sustinet vsq; suos.
Jamq; nouū delectat iter: positoq; timore
Icarus audaci fortius arte volat.
Hos aliq̄s tremula dū captat arūdine pisces:
Uidit: τ inceptū dextra reliquit opus.
Jam samos a leua fuerat: naxosq; relicte:
Et paros: τ clario delos amata deo
Dextra lebynthos erat: siluisq; vmbrosa calydne:
Cinctaq; piscosis astypalea vadis:
Cum puer incautis nimiū temerarius ānis
Altius egit iter: deseruitq; patrem.
Uincla labāt: τ cera deo propiore liquescit:
Nec tenues venti brachia mota tenent
Territus a summo despexit in equora celo:

volucrē. cupidinē alatū. Fallitur Aemonias. Magicā vanitatē in parside a zoroastre ortā scribit Plinius: tū deinde transisse ad thessalas vrbes: quarū cognomē diu optinuit in nostro orbe aliene gentis. vnde Menāder quoqȝ Thessalā cognominauit. Fabulā. cōplexā ambages feminarum lunā detrahentiū. Docet etiā apuleius in met. eā artē in thessalia prepotentē fuisse. Ad Emonias. artes ad artes magicas: que amori nihil cōferūt. Emonia. n. thessaliā cognominata est ab Emone deucalionis filio. A teneri frōte reuellit equi. Carūculā intelligit: que nascitur in frōte pulli: de qua plinius hec. Et sane equis innasci: amoris venefi ciū hippomanes appellatū i frōte: carice magnitudine: colore nigro: qđ stati edito ptu deuorat feta: aut partū ad vbera nō admittit si quis pceptū habeat: olfatu i rabiē id genus agit. Medeides herbe. venefice herbe. quibus vtebat medea: has ēt hecateides ab hecate appellauit Ouid. in met. Ut viuat amor. vt diutius duret. Marsa venena. herbarum succos dicit aut carmina: quibus marsi vtebātur. Ouid. de medicamine faciei: si modo his liber est Ouidij. Nec medie Marsis findant cantibus angues: aut certe serpentes dicit a marsis domitos: quorū mēbra na inveneficijs miscebat. Ouidius in met. nec defuit illi Squamea cymphei tenuis mēbrana chelidri. Marsi autē populi fuere in Italia albe finitimi, ppe Fucinū lacū vt docet strabo: dicti a circes filio Marso: vt plinius scri. vel a marsia phrygio: vt silius volunt. Hi erāt froti serpētibus tactu ipo leuāt percussos suctu ve medico. Gellius ēt scri. marsorū genti datū esse: vt serpentiū virulentorū domitores sint & icātationibus herbarūqȝ succis faciāt miracula medelarū: de marsis Silius i octauo ita scribit. At marsia pubes. Et bellare

Nox oculis pauido venit aborta metu.
Tabuerant cere: nudos quatit ille lacertos:
Et trepidat: nec quo sustineatur habet.
Decidit: atqȝ cadēs pater o pater auferor inquit
Clauserunt virides ora loquentis aque.
At pater infelix: non iā pater icare clamat:
Icare clamat: vbi es: quoue sub axe volas
Icare clamabat: pennas aspexit in vndis.
Ossa tegit tellus: equora nomen habent.
Non potuit minos hoīs compescere pēnas
Ipse deum volucrem detinuisse paro.
Fallitur: emonias si quis decurrit ad artes
Datqȝ quod a teneri fronte reuellit equi.
Non facient vt viuat amor medeides herbe:
Mistaqȝ cum magicis marsa venena sonis.
Phasias esonidem: circe tenuisset vlyxem:
Si modo seruari carmine posset amor.

manu. & chelidris cātare soporē vipereūqȝ herbis hebetare: & carmine dentē. Cete, plē angitiā mala gramina primā mōstrauisse ferūt: tactuqȝ domare venena. Et lunā excusisse polo: stridoribus amnē Frenantē: ac siluis montem vndisse vocatis. Sȝ populis nomē posuit metior hospes. Quū fugeret phrigios trās equora marsia crenos migdoniā plebi supatus pectine loton. Cū magicis sonis. cū carminibus magicis. Phasias esonidē. Exēplis agit nō posse magicis carminibus amorē ɔsiliari. phasias aūt medea appellat a phasi colcorū fluuio. Luca. Colcorū qui rura secat ditissima phasis. Esonidē. Iasonē esonis filium. Is. n. Medee opa Oete regis filia rapto aureo vellere: & ea in vxorē ducta: i thessaliā rediit. Mox cū ea ad creontē corinthiorū regē diuertit: cuius filiā creusam: quā Diodorus Glaucē appellat: duxit vxorē repudiata medea: vt. in. v. Diodorus elegātissime docet. Circe tenuisset vlyxem. Sol vt diodorus refert duos pcreauit pueros Cetē & psem. e pse nata ē Hecate: q pma aconitū inuenit. patrē veneno sustulit. nupsit pmū Oete patruo: genuitqȝ liberos tres: circē: Medeā: & egialeū. Deide sarmatarū regi quē veneno absumpsit: & quū subditos vexaret: expulsa i italiā venit: inqȝ eo pmōtorio qđ ab ea circeū dictū

Magica vanitas

Emonia

Hippomanes

Marsi

Phasias Phasis

Hecate Circe

est: resedit. Poete tñ dicũt circē et sole et psa oceani filia ortã:q[ut ouid. scribit in met.]qnũ ad se venisset vlyxes: oēs eius socios mutauit in feras. Sz vlixes solus a Mercurio doct⁹: euasit. In obsceno carmine legimus circē ab vlixe abstinuiß e ob mētule crassitudinē:q delectabatur. is eã postea vxorē duxit: et in ei⁹ gratiã socios oēs reformauit: et annuo spatio cũ ea morat⁹ discessit: nō sine magno circes dolore. Carmine incãtatione. Virgili⁹ carminib⁹ circe socios mutauit

Philtra Vlyxis. Philtra pallētia. que reddũt hoīes pallidos. philtra. n. pocula et venena sunt: q amores igerũt. Apuleius i magia philtra oia vndiq eruũt. et Juue. hic thessala vēdit: philtra: qb⁹ valeat mētez vexare mariti: Qđ tibi: vt ameris. Sit licet antiquo Nire⁹.

Nireus Nireus charopei filius et Agleees ex Sime insula trib⁹ nauib⁹ ad bellũ Troianũ pfectus oiũ pulcherrimus fuisse scribit ab Homero i secũdo iliados: pter achillē. de eo Diodor⁹ quoq ita scribit. In Sime postmodum regnauit addita eni die pte Nere⁹ charopi atq Aglie fili⁹ speciosus admodũ: q cum Agamēnone ad troiã pfectus ē. Propti. Nirea nō facies. quis fit cãdida cepit. et Hora. Qualis aut nire⁹ fuit aut aquosa rapt⁹ ab ida Antiquo Homero. veteri. nã[vt et plutarcho discit]quidã eũ dicũt fuisse belli troiani tpe: eiusdē q spectatorē: vt nō imerito ab eo amari potuerit nireus. Gelius tñ scribit homerũ vixisse annis plus c. atq. lx. post bellũ troianum.

Hilas Hilas teber. Quũ hercules per driopas iter faceret: a Thiodamante quē arantē inuenerat cibũ petijt: sz quũ ille hoc negaret: Hercules bouē ab aratro adductũ mactauit vnđ inter eos pugna orta Tiodamas perijt. Tũ hilã eius filiũ Hercules abduxit: q a patre Thiodamãtheus dicit a pperso: sed quũ argonaute i bithiniã venissent: hilas ab hercule aquatũ missus a niphis ob eius pulchritudinē rapt⁹ dicit. Juuenalis. Et multuz quesitus hilas vrnãq secutus.

Nec data profuerint pellentia philtra puellis:
Philtra nocent animis: vimq furoris habent.
Sit procul oē nephas: vt ameris: amabilis esto:
Quod tibi non facies sola ve forma dabit.
Sit licet ãtiquo Nereus adamat⁹ homero
Naiadumq tenet crimine raptus hylas:
Ut dominã teneas: nec te mirere relictum:
Ingenij dotes corporis adde bonis.
Forma bonũ fragile ē: quãtũq accedit ad ãnos
Fit minor: et spacio carpitur illa suo.
Nec semper viole: nec semper lilia florent
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli:
Jam venient ruge: que tibi corpus arent.
Jam molire animũ qui duret et astrue formã:
Solus ad extremos pmanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluisse p artes
Cura sit: et linguas edidicisse duas.
Non formosus erat: sed erat facundus vlyxes:

Flaccus tñ in argonauticis scrib. hylã dũ ceruũ a Junone imissum isequit ad fontē puenisse: i q dũ se abluit: a nipha Driope rapt⁹ fuit. Crimine naiadũ. nympharũ amore: vel certe isidijs niphar a qbus captus est. Corp⁹ arēt. quasi sulcos ducãt in corpe. Per artes ingenuas. p artes liberales. sunt aũt ingenue artes: discipline: q ingenuis hoībus ingenueq educatis digne sunt. sic eni et in oratore Cicero eas appellat. He quoq liberales dicunt: q: hoīe libero digne sunt: vt docz seneca. Duas liguas: Grecã et latinã: qđ ēt fabius pcipit. Torsit amor. cruciauit. Equreas deas. Calipso[vt Hesiodus scri.]nimpha fuit oceani et tethios filia. Homer⁹ tñ eam Atlãtis filiã fuisse scribit. Sic ēt et nostris Tibull⁹. Nō amor et fecũda atlãtidos ora calipsus. et in obsceno carmine. Hic legim⁹ circē: Atlantiadēq calipso. Et habitauit in mari africo iuxta ioniũ versus firtes calipsos insulã quã Home. ogygiã appellat ad quã naufragus vlyxes

Ingenue Artes vel liberales
Calipso
Calipsos insula

Et tñ equoꝛeas toꝛsit amoꝛe deas.
Ah quotiens illū doluit ꝑperasse calypso:
Remigioq̃ aptas esse negauit aquas:
Hec troie casus iterū q̃: iterūq̃ rogabat:
Ille referre aliter sepe solebat idem.
Littoꝛe ɔstiterāt: illic q̃ pulchꝛa calypso:
Exigit odrysi facta cruenta ducis.
Ille leui virga: virgā nam foꝛte tenebat:
Quod rogat: in spisso littoꝛe pingit opꝰ.
Hic inquit troia est: muros in littoꝛe fecit.
Hic tibi sit simois: hec mea castra puta.
Campꝰ erat: cāpum fecit: quē cede dolonis
Sparsimꝰ: emonios dum vigil optat equos.
Illic sithonij fuerāt tentoꝛia rhesi:
Hac ego sum captis nocte reuectus equis.
Pluraq̃ pingebat: subitus quū pgama fluctus
Abstulit: ⁊ rhesi quum duce castra suo.
Tūc dea quas inquit fidas tibi credis ituro:
Perdiderint vnde nomina quanta vides.
Ergo age fallaci timide confide figure:
Quisquis es: atq̃ aliquid coꝛpe pluris habe.
Dextera precipue capit indulgentia mentes.
Asperitas odiū: sceuaq̃ bella mouet.
Odimus accipitrem: q2 viuit semꝑ in armis:
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hoīm q2 mitis hirundo est:
Quasq̃ colat turres chaonis ales habet.
Este procul lites: ⁊ amare pꝛelia lingue:
Dulcibus est verbis mollis alendus amoꝛ.


sochꝫ tēpestate amissis: relicta circe ꝑuenit: eamq̃ illius amoꝛe captā: sibi ita arcte cōciliauit: vt immoꝛtalitatē pollicerent: si vellet se cū ꝑmanere. Sꝫ post septimū annū discessit iouis īperio nō sine multis lachꝛymis ipsius nymphe: dicēte ꝑpersio. At nō sic ithaci digressu mota calipso. Desertis olim fleuerat equoꝛibus. Multos illa dies incōptis mesta capillis Sederat iniusto multa locuta salo. Ducis odrysij. Rhesi regis thracie. Odrisiū aūt eū appellat ab odrisarū gente: quam in thracia fuisse Plinius docet. Martialis. Quatenus odrisios iā nox romana triumphos. Rhesus aūt rex thracie Fronei filius fuit: qui cū candidissimis ⁊ ꝑnicissimis equis ⁊ curru auro argētoq̃ oꝛnatissimo i auxiliū troianoꝝ venerat: sed noctu a Diomede ⁊ vlixe īterfectꝰ ē: ⁊ eq̄ adducti fuere: vt Homerꝰ i. x. iliados ostēdit. Vir. Nec ꝓcul hic rhesi niueis tētoꝛia velis agnoscit lachꝛimās: pꝛio q̄ ꝓdita somno Tidides multa vastabat cede cruētꝰ Ardētesq̃ auertit eq̄s i castra: pꝛiusq̄ pabula gustassent troie xāthūq̃ bibissent. Simois. Simois fluuiꝰ ē iuxͣ troiā ex ida decurrens facit gurgitē simeōtis Virg. xāthum simeōtaq̃ testoꝛ. Cede dolonis. Dolon (vt i. x. iliados scri. Homerꝰ) Eumedis filius a troianis missus speculatoꝛ ad grecoꝝ castra pactꝰ pꝛo remuneratione Achillis eq̄s in diomedem ⁊ vlixe incidit; qui speculatū q̄ ierant ad troianos Illi ꝓmissa ei impunitate: troianoꝝ cōsilia ab eo didicere: īter cetera facti certioꝛes de aduētu rhesi: dolonē īterficiūt. thracū castra aggrediuntur: equi inde adducti sunt. Emonios equos. equos achillis ex pthia vꝛbe thessalie. Ouidius in secundo tristiū. Non foꝛet Eumedes oꝛbus si filius eius stultus Achilleos nō adamasset eq̄s Sithonij. threicij. Nam (vt Belius scribit) Thracia Sithon prius dicebatur. Herodotus in. vij. Olynthū regionē postea Sithoniā

Odrisarū gens
Rhesus Rex tracie
Simois
Dolon
Sitbon

Lite fugant nupteqz viros: nuptasqz mariti
Inqz vicem credunt rem sibi semper agi.
Hoc decet vxores: dos est vxoria lites:
Audiat optatos semper amica sonos.
Non legis iussu lectū venistis in vnu3.
Fungitur in vobis munere legis amor.
Blanditias molles auresqz iuuātia verba
Affer: vt aduentu leta sit ipsa tuo.
Non ego diuitibus venio ꝓceptor amandi
Nil opus est illi: qui dabit arte mea.
Secū habet ingeniū: qui quū lib3 accipe dicit
Cedimus: inuentis plus val3 iste meis.
Pauperib⁹ vates ego sum: qz pauper amaui:
Quu3 dare non possem munera: verba dabā.
Pauper amet caute: timeat maledicere pauper
Multaqz diuitibus non patienda ferat
Me memini iratum dñe turbasse capillos
Hei mihi q̄ multos abstulit ira dies:
Nec puto nec sensi tunicā laniasse: sed illa
Dixerat: et ꝓcio est ipsa redempta meo.
At vos si sapitis: vestri peccata magistri
Effugite: et culpe damna timete mee.
Prelia cum parthis: cū culta pax sit amica.
Et iocus: et causas quicqd amoris habet.
Si nec blanda satis: nec erit tibi comis amica.
Perfer: et obdura: post modo mitis erit.
Flectitur obsequio curuat⁹ ab arbore ram⁹.
Franges: si vires experiere tuas.
Obsequio tranātur aque: nec vincere possis

appellatā fuisse asserit. Sublitus fluctus. subito et statim ortus. Abstulit pgama. vastauit pergama i littore designata. Tu3 dea calipso Timide cōfide. timidus spem pones i pulchritudine tua. Indu gētia dextera. obsequiosa et ꝓpitia Capit mentes. Allicit puellas. Asperitas. ea est indulgentie cōtraria. In armis. in prelijs et raptu. In pauidū pecus. i oues et agnos Turres. colūbaria peristeriores. Chaonis ales. columba epirotica species ꝓ genere. Chaonia pars epiri a chaone troiano appellata vt docuit Varro: illic erat tēplū iouis Dodonei: qd ut strabo scribit monti Tomaro subiectum pelasgi condidere: vbi colūbe humana voce dabāt responsa. Quas colat. propter eius mansuetudinem Amare lingue. aspere et cōtumeliose. Lite fugāt. vxores de dote cū maritis contendant: non amātes inter quos hec inimicitiarū causa minime intercedit. Rem sibi semper agi. Signa te vbis. vsus est: q̄bus in diuortijs vtebanf. Dicebāt enī tuas res tibi habeto. tuas res agito. vnd apd apuleiū cupido ita psychem alloquif. Confestim thoro meo diuorte. tibiqz res tuas habeto. Alif vero dixit Martialis crispulū agere res vxoris. Sonos optatos. Placida vba. Non legis iussu. nō iugali lege. Quā multos dies. quia exclusit me amica. Et causas qcquid amoris habet. ordo est: quicquid amoris habet causas. s. ioci subaudi sit. Domat. cicures facit. Tumidosqz leones. superbos. gerunt enī spiritus maxime generosos adeo: vt venantū et canum vi vrgente contemptiz cedāt in campis: et vbi videri possunt. s3 vbi virgulta siluasqz penetrauerit acerrimo cursu feruntur: velut deputantes absconsionem turpitudinem. Primus autem Hanno eclarissimus penorum leonem mansuefacere ausus est. Damnatusqz illo argumento quoniam viro tā artificis ingenij non tuto libertas crederetur cui cessisset etiam feri.

Chaonia
Juppiter
Dodone⁹



Verba q̄b⁹ i diuortijs vtebātur

Leones

tas. Quid fuit asperius. idem etiam inquit Propersius. Mimalion nullos fugiendo tule labores. Semitiam dure contudit iasidos Nonacrina atalanta: atalant a archadica. a Nonacrin: be appellata. Duas autē Atalantas fuisse legimus. Altera nobilis cursu: altera vero arcadica: de qua nunc Ouidius intelligit: ex qua natus est parthenopeus: hanc amauit hileus. & mimalion: qui obsequijs tandē puella potitus est: vt docet Propersius. Notior alter erat arcus cupidinis Numeros eburnos. Tessaras. que alio nomine quadrantalia grece vero cubos appellamus.

Nonacri
Atlante due

Flumina si contra: quā rapit ynda nates.
Obsequiū tigresq; domat: tumidosq; leones
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Quid fuit asperius nonacrina atalanta:
Succubuit meritis trux tamen illa viri
Sepe suos casus: nec mitia facta puelle
Flesse sub arboribus mimaliona ferunt.
Sepe tulit iusso fallentia retia collo
Sepe fera toruos cuspide fixit apros.
Sensit & hylei contentum saucius arcum:
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te menalias armatū scandere siluas:
Nec iubeo collo retia ferre tuo.
Corpora nec missis iubeo prebere sagittis:
Artis erunt caute mollia iussa mee.
Cede repugnanti: cedendo victor abibis
Fac modo: quas partes illa iubebit: agas.
Arguet: arguito: quicqd probat illa probato:
Quod dicit: quod negat illa: neges.
Riserit: arride: si fleuerit: flere memento.
Imponat leges vultibus illa tuis.
Seu ludet: numerosq; manu iactabit eburnos
Tu male iactato: tu bene iacta dato:
Seu iacies talos: victam ne pena sequatur:
Damnosi facito stent tibi sepe canes

Tu male iactato: vt te vicat amica. Tu bene iacta dato. concedito illi puncta meliora. Seu iacies talos. Talus rectus est i articulo pedis. ventre eminens inuertebra ligatus: vt Plinius doc3: quo veteres in ludendo vsi sunt: hunc greci Astragalū appellant: & Astragalizontes dicuntur a Plinio talis ludentes. Talorū autem inuentorē Plato in phedro theuth priscorum quendam deorum egyptiorum fuisse scribit his verbis. Demoni autē ipsi nomē: Theuth hunc primum numerū: & computationem inuenisse numerorum: geometriamq;: astronomiā. Talorum rursus. alearumq; ludos: & litteras audiui. Herodotus vero i primo docet Lydos primos nummum aureum: argenteūq; ad vtē dū percusisse: ac etiā primos caupones institoresq; extitisse: eosdē q; excogitasse alee Tesserarūq; ludū: & pile: & cetera genera lusoria preterq̄ talaria. Ne pena seq̄tur. ne doleat amica se esse a te superatam. Damnos facito. i talis latus quod vnitatē significat Canis: siue canicula dicebatur: & sēper iacturam afferebat. Persi⁹. Scire erat in voto damnosa canicula q̄tum Raderet. Erat preterea i talis Venus: siue cous: & numerum septenarium cōtinebat. Alia duo latera chius et Senio dicebantur. ternariū ille. hic quia ternarium numerū ɔplectebat: hic ludus nūc i desuetudinē abijt.

Tessare
Quadrātalia
Cubi
Talus
Astragalus
Astragalizōtes
Talorū inuētor
Lydorū inuentor
Canis
Ven⁹ vel co⁹ Chi⁹
Senio

Calculus seu latro

Siue latrocinij sub imagine calculus. Calcul⁹ is ē: q̄ ēt latro: siue per diminutionē latrūculus appellat᷑ vulgo scbacū dicim⁹. Mart. Hic mihi bisseno numerat᷑ Thessara pūcto Calculus: hic gemino discolor hoste perit. sub imagine latrocinij. sub forma rapiēdi τ occidēdi multis tui: nā qui ludūt calculis: insidiant᷑ semp collusoribus: τ is ludus ē quasi pugne cuiusdā simulachrū. Tuus miles: tuus calcul⁹. q̄ in eo certamine militis ptes agit. Calculi. n. duas in ptes diuisi sunt: τ alij milites: alij hostes dicūtur. Fac pereat. capiat᷑. tūc. n. dicitur perire. Ab hoste vitreo. Ab hostili calculo: qui ex vitro ꝯstabat.

Siue latrocinij sub imagine calculus ibit:
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.
Ipse tene distincta tuis vmbracula virgis
Ipse face in turba: qua venit illa locum.
Nec dubita tereti scamnū producere lecto:
Et tenero soleam deme: vel adde pedi.
Sepe etiam domine q̄uis horrebis τ ipse
Algentis manus est calfacienda sinu.
Nec tibi turpe puta (q̄uis sit turpe placebit)
Ingenua speculum sustinuisse manu.
Ille: fatigate perdendo monstra nouerce:
Qui meruit celum: quod prior ipse tulit
Ionicas inter calathum tenuisse puellas
Creditur: τ lanas excoluisse rudes.
Paruit imperio domine tirynthius heros.
I nunc τ dubita ferre: quod ipse tulit
Iussus adesse foro: iussa maturius hora

Vmbraculum seu vmbella

Vmbracula. Vmbraculū vel vmbella ab vmbre ꝺducit᷑. Est autē capitꝫ tegimentū aduersus solē. Mart. Accipe q̄ nimios vincūt vmbracula soles. Sit licet τ ventus te tua vela tegēt. Disticta. diuisa. alij legūt distēta. i. lata. Suis virgis. vel calamis vel pēnis ex q̄b⁹ fiūt vmbracula: aut certe velū ab amante virgis latius sustentandū esse admonet. Deme soleā. oia quib⁹ plātaꝝ calces tm̄ in fine tegunt᷑. cetera ppe nuda ac teretib⁹ habenis iūcta sunt soleas appellari scribit Geli⁹: crepidulas vero voce greca

Selee seu crepidule

Ille fatigate. ordo ē ille qui meruit celū τc̄. credit᷑ tenuisse calathū. Designat aūt Herculē: [vt Diodorus scri.] quū Iphitū ex turri tirithia p̄cipitasset: τ purgari more vellet: vēdiq; oporteret ex oraculo Apollinis: vt eo precio iphiti liberis satisfaceret Omphale regine lidoꝝ venditus regionē latronibus purgauit. Demū seruitio liberat⁹: et Omphale lamū filium sustulit: cui ita indulsit vt oia faceret: q̄ illa imperasset. vn̄ Terenti⁹ in eunucho ait. Qui min⁹ hunc: q̄ Hercules seruiuit omphale. Fatigate nouerce. Iunonis iā defesse imperādo tā m̄lta. Virg. vt duros mille labores Rege sub euristheo fatis iunonis inique Pertulerit. Meruit celū. τ ppter virtutē: τ q: erat fili⁹ iouis. Virg. aut ardēs euexit ad ēthera virtus Dijs geniti potuē. Qꝺ prior ip̄e tulit Hercules celū ab atlāte susceptū sustinuit: qꝺ iō fingit᷑ [vt Serui⁹ scri.] qm̄ atlas ei tradidit celi sciētiā. cōstat. n. Herculē fuisse philosophū: vn̄ nō immerito tot mōstra dicit᷑ vicisse. Diodorus scribit latrones quosdā atlātis filias rapuisse: eosq; ab hercule fuisse iterfectos: puellas vero herculē atlāti pr̄i restituisse: quo bn̄ficio atlas nō solū dignis facto mūerib⁹ donauit herculē: sꝫ astrologiā insup docuit: in q̄ quū opam curāq; ipendisset p̄cipua ob sperā astroꝝ a se inuentā: orbē suis fere hūeris exstimat⁹ ē. Hercules q̄ quū sperā ad grecos trāstulisset: magna ē glīa potitus existimantib⁹ eū oib⁹ atlātico orbi successisse: iter ionicas puellas. inter puellas meonia. ionias ps est minoris asie. Meonia. Lydia. Ionia. ita iungunt᷑: vt vix assignari possint limites auctore Strabone. vn̄ poete hec noia sepe ꝯfundūt. Tenuisse calathū. nā apꝺ Omphalē pro ancilla seruiuit: τ clauā: leonis pellē: arcū: sagittasq; cōcessit omphale ip̄e vero monilia: gēmas: mirrā: zonā: ceteraq; mulieꝝ gestamina sumpsit: venitq; ēt iterdū Tirynthius. Hercules a tiryntho oppido appellat⁹ ex q̄ postea Eurysthe⁹ illū veluti sibi insidiātes

Hercules venditus seruiuit

Hercules celum sustinuit

Ionia Meonia Lydia

eiecit cū matre alcmena. Adesse foro: vt ei⁹ cāꝫ tuearꝫ i iudicio. Oia differt. peculiaria negocia i aliō tp̄s pmitte. Nec i ceptū. vide ne occursu alicui⁹ impediaꝛ officiū tuū erga amicā: Epulis pfuncta. cenata. Si rota. si curr⁹. Graue tp̄s. grauis celi tēperies. designat aūt frigus. Sitiens ve canicula Icarus [vt higini⁹ tradit] canē hūit noīe Merā: q̄ post casum Erigones ei⁹ filie a ioue iter sydera collocat⁹ sua appellatōe ꝛ specie canis siue Canicula ē appellat⁹: a grecis Porciō dr̄. ꝙ añ maiorē canē oriaꝛ. apparet aūt canicl'a: [vt docꝫ Columella] sēptimo calēdas augustas idē scri. idibus iulijs porciona ex oriri mane: ꝛ tēpestatē significare Oui. i. v. fastoꝝ canē oriri scri. nocte: q̄ p̄cedit diē. xij. calēdaꝝ iuniarū. oriēs aūt cū leone: estu oia vrit. Hui⁹ siderꝫ effect⁹ amplissimi i terra sentiunꝛ. nā [vt Pli. docet] feruēt maria. fluctuāt i cellis vina Mouenꝛ stagna: canes in rabiē aguntꝛ. Oui. i fastis. Est canis icariū dicūt: q̄ sidere moto Tota sitit tellus p̄ripiturqꝫ seges. Scri. etiam Pli. i. xviij. pciona apō romanos nomē nō hr̄e: nisi caniculā: h̄ est minorē canē velimus intelligi Mollib⁹ his castris. in quib⁹ mollis appetiꝛ voluptas. Cynthi⁹ admeti. Apollinis exēplo amatorem quoqꝫ dicit debere oia perferre: vt amica potiatur. Apollo [vt seruius scri.] ob occisos cyclopas spoliat⁹ diuinitate Admeti regis thessalie nouē annis pauit armēta: quod ideo fingitur: quoniam [vt Macrobi⁹ scribit] sol pascit omnia que terra progenerat: vnd non vnius generis: sed omniū pecorum pastor canitor. pastor autē apollo amauit issem Macarei filiam. Ouidius in met. Ut pastor macbareida luserit issem. amauit quoqꝫ cenonem nympham dicente ipsa apud Ouidium. Ipse repertor opis vaccas pauisse phereas Fertur: ꝛ e nostro saucius igne fuit. Amauit etiam [vt alij volunt] Alcestem pelie filiam: ꝛ vxorem admeti regis: quam rem hic Ouidius significare videtur. Phereas. Thessalas. Phere enim oppidum est thessalie pelasgicoruꝫ cāporum terminus: vt Strabo docet. Exue fastus. Pone superbiā. Tecto delabere aperto. inuenias viam per tegulas. Alta fenestra. per fenestram etiam ingredere.

Fac semper venias: nec nisi serus abi.
Occurras aliquo tibi dixerit: omnia differ.
Curre: nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domū repetēs epul' perfuncta redibit:
Tunc qꝫ pro seruo: si vocat illa veni.
Rure erit: ꝛ dicet venias: amor odit inertes:
Si rota defuerit: tu pede carpe viaꝫ.
Nec graue te tēpus: sitiens ve canicula tardet:
Nec via per iactas candida facta niues.
Militie species amor est: discedite segnes:
Non sunt hec timidis signa tuenda viris.
Nox ꝛ hyems: longeqꝫ vie: seuiqꝫ labores
Mollibus his castris: ꝛ dolor omnis adest.
Sepe feres imbrem celesti nube solutum.
Frigidus in nuda sepe iacebis humo.
Cynthius admeti vaccas pauisse phereas
Fertur: ꝛ in parua delituisse casa.
Quod phebum decuit quē nō decet? exue fastus
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Si tibi per tutum placitumqꝫ negabitur ire.
Atqꝫ erit opposita ianua fulta sera
At tu per preceps tecto delabere aperto:
Det qꝫ furtiuas alta fenestra vias.

Mera
Canicula grece Porcion

Canicule effectus

Apollo seruiuit

Phereas

Ut causam tibi se sciret esse periculi. quū acceperit te eius causa periculum adisse. Sepe tua poteras. Leandrum sepenumero adisse mortis periculum constat: quo se fidum amice ostenderet quū ea potuisset carere. nota est fabula. Demeruisse. beneficio aliquo conciliasse. Sed tamen et seruo. Seruus amice aliquid etiā dandū esse dicit. Porrige ꝛ ancille. ordo est. Porrige ꝛ manus ancille. que gallica lusa maritali veste luce pependit penas. Porrige ꝛ manus ancille. dona etiā aliquid ancille. Aliter vero scandendi manuꝫ dicimus porrige. Que gallica. que ancilla ex gente gallie. Lusa maritali veste. decepta veste mariti. credēs enim ancillam adulterū introducere nocte ad dñam: insciens maritū alia veste idutum: vt fidem vxoris experiret recepit id quod etiā cephalum fecisse scribit Ouidius in met. Luce pependit penas. quia quuꝫ maritus deprehēdisset eam esse vxoris lenā: mane illā pulsauit. Janitor. ianitor ē q̄ ianue p̄ficit. Tibullus. Et sedeo duras ianitor añ fores. Duū bene diues ager. nō gēmas: nec aurū: sed dōa rustica mittenda esse dicit. Pondere mutāt dum rami p̄ nimia pomorū copia curuant. Rure suburbano. ex prediolo tuo i suburbijs. In sacra via vbi poma vendebant. Persius.

Sacra via

Queqꝫ nitent sacra vilia dōa via. ꝛ in obsceno carmine. Hec q̄cūqꝫ tibi posui vernacula poma. De sacra nulli dixeris esse via. Sacra autē via ideo appellat cꝫ in ea fedus ictum sit inter Romulū ꝛ Tatiū. Aut quas amaryllis amabat

Castaneas Heracleotice

Castaneas dicit: quas Macrobius: heracleoticas appellari scribit. Sumptum autē est hoc ex eo Maronis carmine. Castaneasqꝫ nuces mea quas amaryllis amabat. Nunc amat illa nuces. Iuglādes dicit: que inter nuces primus locum obtinet. Sunt autem Nucesqꝫ duro teguntur cortice: quarū species plures ponit Macrobius in Sat. Quinetiam turdosqꝫ

Iuglādes

Nuces

Turdi

licet. Turdi vt Plinius scribit p̄ monē humanū imitantur. Agrippina claudij. Turdum habuit sermones omnium imitantem. hi in germania hyeme maxime cernūtur. Inter aues prime sūt celebratonis. Martialis. Inter aues turdus si quis me iudice certet. Inter quadrupedes gloria prima lepus. Mittebantur autem in corona pendentes. Martialis. Texta

Leta erit: vt causam tibi se sciet esse pericli:
Hoc dñe certi pignus amoris erit.
Sepe tua poteras leandre carere puella
Tranabas: aīm nosset vt illa tuum.
Nec pudor ancillas: vt queqꝫ erit ordine prima:
Nec tibi sit seruos demeruisse pudor.
Noīe queqꝫ suo nulla est iactura soluta:
Junge tuas humiles ambitiose preces.
Sed tamen ꝛ seruo leuis est impensa roganti
Porrige fortune munera parua tue.
Porrige ꝛ ancille: que penas luce pepēdit
Lusa maritali gallica veste manus.
Fac plebē mihi credē tuā: assit semp in illa
Janitor: ꝛ thalami qui iacet ante fores.
Nec dñam iubeo pretioso munere dones:
Parua sed e paruis callidus apta dato.
Dū bene diues ager: dū rami pondere nutant:
Afferat in calato rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa:
Illa vel in sacra sint licet empta via.
Afferat aut vuas: aut quas amaryllis amabat:
Et nunc castaneas: nūc amat illa nuces:
Quinetiam turdoqꝫ licet: missaqꝫ corona
Te memorē dominē testificere tue.
Turpiter his emit spes mortis: ꝛ orba senect?

Ah pereant per quos munera crimen habent:
Quid tibi pcipiã teneros q̃ mittere versus?
Mei mihi nõ multũ carmẽ honoris habz.
Carmina laudant sed munera magna petunt:
Dũ modo sit diues barbarus ille placet.
Aurea sunt vere nũc secula: plurimus auro
Uenit honos: auro cõciliatur amor.
Ipse licet venias musis comitatus homere:
Si nihil attuleris ibis homere foras.
Sunt tñ: et docte rarissima turba puelle:
Altera non docte turba: sed esse volunt.
Utraqz laudetur per carmina: carmina lector
Commẽdet dulci qualiacũqz sono.
His ergo: aut illis vigilatum carmen in ipsas
Forsitan exigui muneris instar erit.
At: quod eris per te facturus: et vtile credis:
Id tua te facito semp amica roget.
Libertas alicui fuerit promissa tuorum:
Hanc tñ a dña fac petat ille tua.
Si penam seruo: si vincula seua remittis:
Quod facturus eras: debeat illa tibi.
Utilitas tua sit: titulus donet amice
Perde nihil: partes illa potentis agat.
Sed te: cuicũqz est retinende cura puelle:
Attonitũ forma fac putet esse sua.
Siue erit in tyrijs: tyrios laudabitis amictus:
Siue erit in cois: coa decere puta.
Aurata est: ipso tibi sit preciosior auro:

rosis fortasse tibi vel diuite nardo. At mihi de turdis facta corõa placet. Missaqz corona. turdis in coronam alligatis: vel re vera corona qua in conuiuijs vtebantur: vt diximus. vel lucanicam intellige: qua pultes coronate mẽsis apponebantur. Martialis. Filia picene venio lucanica porce. Pultibus hinc niueis grata corona datur. Turpiter his emitur. Captatores hereditatum execrat: qui viuentibus munera mittebatur: vt inscriberẽtur heredes. Iuuenalis. Sumitur illic. Quod captator emat lenas: aurelia vendat. Orba senectus. senectus sine liberis. Habẽt crimen. fraudem continent: quia non amore aliquid tribuũt sed vt maiora assequantur. Utraqz laudetur. et docta et idocta. Commẽdet carmina. de amica carmĩa cõposita inter legẽdum facito vt vocis suauitate elegantiora videant. Carmen vigilatum. elegãs carmẽ et multa vigilia politũ. In ipas. i laudẽ ipsarũ. Erit istar muneris. erit fortasse gratũ perinde ac munus. Alicui tuorum. quẽ ex seruo liberum facturus sis. Utilitas tua sit. quia non amittis seruum. Siue erit in tyrijs. in veste purpurea dicta a Tyro olim insula: postea Alexandri Magni operibus facta est continens: nobilis conchilio: atqz purpura: vt Plinius docet. Siue erit in cois. Cos insula est i egeo ex aduerso attice ab helene. v. mil. pas. distans: que a latinis Cera appellat: vt Plinius docet: vnde et cous et ceus deduci potest. Cea autem vestis bombicina erat ad luxum feminarum inuẽta adeo tenuis: vt eas denudaret. Bõbyces enim telas areanarũ modo texunt: quas retorqueri rursusqz texere inuenit in eo mulier Pãphile Platis filia: auctor Uarro. Plinius. Solinus. et ãte hos Aristoteles libro de animalibus qnto. Aurata est. si est aurea veste

Corona

Tyros olĩ insula

Cos siue Cea ĩsula

Cea vestĩ

Bõbices

Gausape

amicta. Gausapa si sumit. Gausape vestis erat villosa q̃ biemali et estiuo tempore gestabat. Martialis. Is mibi candor inest. villorũ gratia tanta est. Ut me vel media sumere messe velis. Astiterit

Tunica

tunicata. Tunica vestis erat: que longiores vsq3 ad digitos manicas bebãt: fluebat vsq3 ad talos. dicta a tuendo: vt scribit Varro. Moues incendia clama. dic con tanta voce tunicam confecturam illam calore. Discrimen. Diuisio crinium i capite. Torserit igne co-

Calamistrum

mas. si calamistro boc est acu ferreo calefacto crispos fecerit capillos. vnde Diuꝰ bieronymus ad Nepotianum ita scribit. Nec calamistro crispent comas sed pudicitiam babitu polliceantur. Saltãtis. tripudiãtis. binc fit Saltatio. Verba querẽtis. q̃ tam cito desierit. Voce notes. quod fieri solet in coitu. Violentior. asperior: difficilior ad amandum. Torua medusa. que se intuentes mutabat in saxum: aut toruam pter aspectũ et eius crines in serpentes mutatos a minerua: cuius rei causam docet Ouidius in quarto met. vnde poete fingunt Mineruam caput Meduse babere in pectore. Virgilius i octauo. Egidaq3 borrificã turbate palladis arma certatim squammis serpentum auro q3 polibant. Connexosq3 angues ipsamq3 in pectore diue. gorgona defecto vertentem lumina collo. Equa. quia mutuo eum amabit. Nec vultum videndum est. ne vultu videaris aliter sentire q̃ loquaris. Quum modo frigoribus premimur. bec est causa cur in met. appellat Ouidius Autumnos inequales. Morosi. q̃ nimis et exacte omia fieri cupit. Et veniat que lu-

Sacrum Tede oui. & sulpbur

stret anus. Sacrum. p amice salute faciendum esse dicit. cuius meminit Apuleius in vltimo met. q̃ dicit summũ sacerdotẽ Isidis teda lucida. et ouo & sulpbure: solennissimisq3 precibus vsum fuisse. & Iuuenalis. Metuiq3 iubet septẽbris. & austri. Aduentuz nisi se cẽ

Gausapa si sumit: gausapa sumpta proba:
Astiterit tunicata: moues incendia clama:
Sed timida caueat frigora voce roga.
Compositũ discrimen erit: discrimina lauda:
Torserit igne comã: torte capille places.
Brachia saltantis vocẽ mirare canẽtis:
Et cũ desierit verba querẽtis babe.
Ipsos concubitus: ipsum venerere licebit
Quod iuuat: & quedã gaudia voce notes.
Si fuerit torua violentior ipsa medu sa:
Fiet amatori lenis et equa suo.
Tũ ne pateas verbis simulator in illis:
Effice: nec vultu destrue verba tuo.
Si latet ars: pdest: affert deprẽsa pudorem
Atq3 adimit merito tps in omne fidem:
Sepe sub autũno: cũ formosissimus annus:
Plenaq3 purpureo subrubet vua mero:
Quũ modo frigoribꝰ pmimur: mõ soluimur estu:
Aere non certo corpora langor babet.
Illa quidẽ valeat: sed si male firma cubabit
Et vitium celi senserit egra sui:
Tũc amor & pietas tua sit manifesta puelle:
Tũc sere: que plena postmodo falce metas.
Nec tibi morosi veniant fastidia morbi:
Per que tuas fiant: que sinit illa manus.
Et videat flentẽ: nec tedeat oscula ferre:
Et sicco lacbrymas combibat ore tuas.
Multa voue: sed cũcta palã: quotiẽsq3 licebit:
Que referas illi somnia leta vide.

Et veniat: que lustret anus lectūq3: locūq3
Preferat ꝛ tremula sulphur ꝛ oua manu.
Omnibus his inerunt grate vestigia cure:
In thalamos multis hec via fecit iter.
Nec tamen officijs odiū queratur ab egra:
Sit tuus in blanda sedulitate modus.
Neue cibos prebe: nec amari pocula succi
Porrige: riualis misceat illa tuis.
Sed nō quod dederas a littore carbasa vēto
Utendū medio quū potiare freto.
Dū nouus erat amor: vires sibi colligit vsu:
Si bene nutrieris: tempore firmus erit.
Quē taurū metuis: vitulū mulcere solebas:
Sub qua nūc recubas arbore: virga fuit.
Nascitur exiguus: sed opes acquirit eundo.
Quaq3 venit: multas accipit amnis aquas
Fac tibi ꝯsuescat: nil assuetudine maius:
Quam tu dum capias: tedia nulla fuge.
Te semp videat: tibi semp prebeat aures
Exhibeat vultus noxq3 diesq3 tuos.
Quū tibi maior erit fiducia posse requiri
Tunc procul absenti cura futurus eris.
Da requiē: requietꝰ ager bene credita reddit
Terraq3 celestes arida sorbet aquas.
Phylida demophon presens moderātius vssit
Exarsit velis acrius illa datis.
Penelopen absens solers torquebat vlyxes:
Phylacides aberat laodomia tuus.
Sit mora tuta breuis: lentescunt tempore cure

tum lustrauerit ouis. et ꝓpersius in quarto. Terq3 meuz tetigit sulphuris igne caput. Tibullus. Ipseq3 ter circum lustraui sulphure puro. Tremula manu. manu trementi ꝓpter etatem. Nec amari pocula succi. potionum aliquam amarem ad pellendum morbuz efficacem. Riualis misceat illa tuus. q̇ amat eandem amicaz quasi ad eūdem confluat riuuz. riualis appellatur. Sed nō quod dederas. Affert nūc aliud preceptum Ouidiꝰ et aliam viam tenendaz esse dicit Quem taurum metuis. Exemplis agit amorē vires vsu colligere ac tempore. Fac tibi cōsuescat. fac tecum discat viuere. Posse requiri. posse te ab ea peti. Tunc ꝓcul ab ea te aliquādiu amouebis. Da requiem. da amice sine te respirādi spaciuz. Requetus ager. nouale dicit. quod [vt Piniꝰ docet] altnis annis serit. Credita. ꝯmissa semina. Terra arida. terra que iam diu humore caruit. Phyllida Demophō. Absentes magis desiderari ꝓbat exemplis. naz quēadmodū phillis impatientius demophontis absentiam tulerit. Penelope Ulixis. Laodomia Protesilai. satis patz Ouidij epistolis Solers Ulyxes: industrius: et peritus. Ulyxes. Torquebat penelopen. absentia sua cruciabat penelopez Tuus phylacides. tuus protesilaus. Est enim patronymicum pro derivatiuo philace [vt strabo docet] est vrbs phthiotice regionis thessalie: cuius meminit lucanus in sexto. in qua protesilaus regnauit. vnde ipse philacides cognominatus est: et eius vxor laodomia phylaceia. Ouidius de ponto Ut viuat fama coniunx phylaceia. cuius Iliacam celeri vir pede pressit humum. Hic ad belluz troianum profectus quū in aulide tēpestate moraret: ab vxore laodomia acasti filia epistolam accepit que quantum ob eius absentiam anxia fuerit: facile ostendit.

Sit mora tuta breuis. non

Riualis

Nouale

Phylace

Philacides

Philaceia

Lētescere diutius abstinendū esse dicit ab amice conspectu. Lentescunt tempore. minuuntur interuallo temporis. Aliter a Virgilio in georgicis dicitur terra ad digitos lentescit habendo. ⁊ a Tacito: Succinum igni admotum vt in picem: resinamq; lentescere. dum menelaus abest. Menelai exemplo absentiam amantum non esse tutam docet. Nam. Quū ille ad cretam ad diuidendas Atrei opes profectus esset: ⁊ paridē domi reliquisset helena capta eius amore: mariti absentis immemor: cū paride in asiā nauigauit. Credis ouile lupo. committis ouile lupo. Sic et Terentius. ouē lupo commisisti misera

Vanescitq; absens: ⁊ nouus intrat amor:
Dum menelaus abest: helene ne sola iaceret:
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.
Quis stupor hic menelae fuit: tu solus abibas:
Iisdem sub tectis hospes ⁊ vxor erant
Accipitri: timidas credis furiose columbas:
Plenum montano credis ouile lupo.
Nil helene peccat: nil hic committit adulter:
Quod tu: quod faceret quilibet ille facit.
Cogis adulterium dando tempusq; locumq;:
Quo nisi consilio est vsa puella tuo.
Quid faciat: vir abest: ⁊ adest nō rusticus hospes
Et timet in vacuo sola cubare thoro.
Viderit atrides: helenen ego crimine soluo:
Vsa est humani commoditate viri.
Sed neq; fuluus aper media tā seuus in ira est:
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes.
Nec lea: cum catulis lactantibus vbera prebet:
Nec breuis ignaro vipera lesa pede.
Femina quam socij deprensa pellice lecti
Ardet: ⁊ in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammasq; ruit: positoq; decore

Viderit atrides. Menelaus ipse iudicet. Sed neq; fuluus aper. Diligentius videndum esse docet ne amica intelligat te aliam amare. Ore fulmineo. ore ex quo fulmen venit. **Fulmen Apri** Spiritus enim ⁊ vis apri a poetis fulmen appellatur. Ouidius in met. Spuma fluit: dentes equantur dentibus indis Fulmen ab ore venit: frōdes afflatibus ardent. ⁊ Apuleius lib. viij. met. de apro ita scribit. impetu seuo frementis oris: totus fulmineus. Dum rotat. dum circumagit. Nec lea cum catulis. **Leene Seuitia** Leena quo tempore in amorem fertur catulorū suorū obliuiscitur: ⁊ eo tempore plurimū seuit. Virgilius. Tempore non alio catulorum oblita leena. Seuior errauit campis. nec funera vulgo. Tam multa informes vrsi stragēq; dedere. Per siluas tūc seuus aper. tūc pessima tigris Nec breuis ignaro. Vipera quū calcatur maxime irascitur. virg. Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens: trepidusq; repēte refugit Attollētē iras: ⁊ cerulā colla timentē. Pignora mētis. tristiciā mētis. Cornibus icta: furore stimulata. Dei aonij. bacchi: qui thebas patriā habuit in boetia: quā primū Aones barbari tenuerūt: vt docet Strabo. **Aonia** a quibus Aonia boetica cognominata est. **Medee Ira in Iasonem** Coniugis admissū. Iasonē scribit Diodorus annis decē cū Medea corinthi apud creōtem regem vixisse: cuius filia: quā [Glaucam appellat] vxore sumpta. Medeā expulit. illā quū diei spacium a creonte petisset: noctu regiam ingressa immutata facie: medicamentis domū incendit: qua cōflagrante Iasonem exiluisse tradūt: Glaucā: Creontēq; igne absumptos. Quidā tradūt Medee filios dona attulisse venenis illita: corpi glauce ⁊ creōtis hesisse: e vestigioq; ābos expirasse. Medea posteaq; iasonē euasisse cognouit i vltionem patris filios iugulauit oēs: q̄s ex eo susceperat: preter vnū qui aufugit: eorūq; corpora sepeliuit in

Iunonis templo. ea deinde ex Corintho fugiēs thebas ad herculem venit. Iason filijs vxoreqꝫ priuatus: quū doloris vim ferre nō posset: sibi mortem consciuit. Violataqꝫ iura. Iason enī monitus a Medea de patris cede in hospites: accepit illam adiutricē ad rapiendū aureum vellus. et iureiurādo data fide: vxorem sibi illam quoad viueret futurā spopondit. quod postea non seruauit. Phasias. Medea a poetis phasias dicitur a phasi fluuio: qui colchon illabitur. oritur autē ex armenia: vt scribit Strabo. Glaucum in se recipit atqꝫ hippum e vicinis mōtibus cadentes.

Iasonis mors

Phasias

Phasis fluuius

Fertur: vt aonij cornibus icta dei.
Coniugis admissum: violataqꝫ iura mariti
Barbara per natos phasias vlta suos.
Altera dira parēs hec est: quā cernis hirūdo:
Aspice: signatū sanguine pectus habet.
Hec bene cōpositos: hec firmos rūpit amores
Crimina sunt cautis ista timenda viris:
Nec mea vos vni donat censura puelle:
Dij melius: vix hoc nupta tenere potest.
Ludite: sed furto celetur culpa modesto:
Gloria peccati nulla petenda tui est.
Nec dederis munꝰ: cognosce quid altera possit:
Nec sint nequitie tempora certa tue.
Et ne te capiat latebris sibi femina notis:
Non vno est oīs cōuenienda loco.
Et quotiēs scribis: totas prius ipse tabellas
Inspice: plus multe: q̄ sibi missa legunt.
Lesa venus iusta arma mouet: telumqꝫ remittit
Et modo quod questa est: ipse querare facit
Dum fuit atrides vna contentus: 7 illa
Casta fuit: vitio est improba facta viri.
Audierat laurūqꝫ manu: vitasqꝫ ferentem
Pro nata chrysen non valuisse sua.

Altera dira parens. Altera mater etiam vlta ē per natū iura mariti violata. Prognem autem Terei regis Daulidis vxorem intelligit que filium occidit 7 patri opposuit, ppter violatam sororem philomenā. nota est fabula Ouidij carmine in sexto met. Signatū sanguine pectus habet. idem etiā in met. neqꝫ adhuc de pectore cedis Excussere note: signataqꝫ sanguine pluuia est. Mea censura. meū iudiciū. Vni puelle. vt cum vna puella tm̄ rem habeas. Nec dederis munus. si quo munere amicā donaueris. vide ne alia id cognoscat abest datum. Nec sint neqtie tempora. tempora quibus amicā frequētas: minime certa 7 constituta dicit esse debere. Nequitia autē (vt Donatus voluit) est libidinosa ieritia: dicta q̄ nihil queat: nulliqꝫ rei apta sit. vnde 7 nuge q̄ nihil agant. Nequitiā vitium esse contrariū frugalitati scribit Cicero in tusculanis. ab eo q̄ ne q̄cq̄ est. de hoc noīe plura Gellꝰ libro septimo. Omnis. amica scilꝫ. Inspice. ne quid scripseris: qđ amicā ledat. Plus legunt. plura interp̄tantur in lr̄is: quā scripseris. Lesa venus. amica offensa. Dū fuit atrides. Clitemnestre exemplo pbat lesas feminas vlcisci iniurias. Cōtentus vna. Sola clitēnestra vxore contētus. Audierat laurumqꝫ. Causam assignat quare facta sit vxor agamēnonis impudica vitio mariti. Vitasqꝫ ferentē. Chryses (vt Homerus scribit) apollinis sacerdos ex chrysa insula: vnicam filiam chryseida habuit: quā greci: quum thebas euerterent captā vel dono: vel in suam portionem agamēnoni obtulerunt: ad quem pater chryses venit cum ingentibus donis redimende filie gratia. preferens manu aureum sceptrum coronis phebi: vitisqꝫ redimitum: quo e conspectu abire iusso: Apollo precibus sacerdotis sollicitatus: per nouem dies toti

Prognes

Sentētia in filium

Nequitia

Nuge

Chrisis filia.

Lyrnesos

demq; noctes sagittas emittes primū iumenta canesq; percussit. Deinde ꝛ homines: adeo vt cater uatim in rogis defunctorū corpora cremarentur. Tum demum ab achille coactus Agamennon filiam patri remisit. ipse vero achilli abstulit Briseidā. Quare ille iratus a prelio abstinuit. Audierat. clytemnestra etiam senserat. Lyrnesi. o hippodamia. fuit enī ex lyrneso oppido in ora troie contra lesbon. Priameida viderat ipsa. Cassandraz enī priami filiam: quā veneri silem fuisse scribit Homerus. euerso ilio. Agamennon Mycenas duxit. ꝙ eā illi cessisset in sortez cū preda plurima. Prede preda pudenda sue Agamēnonem dicit fuisse cassandre predā: qm̄ eius amore captus tenebatur.

Egistus

Thyestiadē. Aegisthū dicit Thyestis filiū. q̄ [vt scribit Lactātius] a matre ob dedecus ꝯplectus: ꝙ filia eū ex patre suscepisset a capris nutritus egisthi nomen assumpsit. Vlta virum. quia rem habebat cū egistho. vel quia euz occidit in cōuiuio: vt in primo libro docuimus. Iuuenalis. q̄ppe ille dijs auctoribus vltor Patris erat cesi media inter pocula. Que bene celaris. que cum alia amica gesseris. Sed lateri nec parce tuo lumbi immodico coitu exhauriuntur: ꝛ debilitantur latera. vnde ī obsceno carmie ita loquitur Priapus

Latera coitu debilitantur

Qui quondā ruber et valens solebam Fudes cedere quālibet valētes. Latus deficit. ꝛ iuuenalis nec q̄rit ꝙ Et lateri parcas nec q̄tuz iussit anheles. ꝛ Catullus. Cur nō tam latera et futura pandas. precipit ergo Ouidi. fortiter ꝑliandū esse in coitu: ad priorē coitū dissimulandū. Venus prior. prior coitus cum alia amica. Concubitu. quia si in coitu te debiliorē deprehēderit arbitrabitur te aliā subagitasse. Satureia.

Satureia

Satureia herba est: quā tymbrā Pli. nominat. Columela. Et satureia thimi referēs Tymbreq; fauorez. Dicta est a satiris: vt quidā putant ꝙ q̄ ea vtūtur fallaces fiāt vt satiri. Alij a saturitate. eius vis est calidissime nature. incitat venerem. plura legito apud Diascoridem. Martialis. Sed nihil eruce faciūt: bulbiq; salaces. Improba nec ꝓsunt iam satureia tibi. Herbas nocentes. Appositio est nota figura.

Piper

Aut piper vrtice. piper calidū est ꝛ siccum: stomachū ꝛ epar calefacit. Scribit Plinius. vrticem semen cum semine lini lateri mederi si addatur hisopū et piperis aliquid.

Piretrum

Flaua piretra. piretrum herba est ab ignea vi appellata. calida est ꝛ sicca. ideo rebus veneris apta. folia habet similia Dauco agresti: aut Maratro: vt docet Diascorides. In annoso mero. in veteri vino.

Erix

Quam tenet altus erix. venerem dicit. Nam [vt Diodorus scribit] Eryx veneris ꝛ bute regis filius super locum excelsum ciuitatem condidit in Sicilia: in cuius arce matri templum dicauit: quam ciuitatē venus plurimum dilexit: vnde ipsa Ericina dicta est.

Venus ericina

Virgilius. Ericino in vertice sedes. Fundatur veneri idalie. plura etiam legito apud strabonem. Cādidus alcathe. Quum pandionis regis [vt docet Strabo] quattuor essent filij. Egeus. Lycus. Pallas:

Audierat lyrnesi tuos abducta dolores:
Bellaq; per turpes longius esse moras.
Nec tm̄ audierat: priameida viderat ipsa:
Victor erat prede preda pudenda sue.
Inde thyestiadē animo thalamoq; recepit:
Et male peccātem tindaris vlta virū est.
Que bene celaris: si qua tm̄ acta patebunt:
Illa licet pateāt tu tm̄ vsq; nega.
Tu neq; subiectus: solito neq; blandior esto
Hec animi multū signa nocentis habent.
Sed lateri nec parce tuo: pax ois in illo est
Concubitu: prior est inficienda venus.
Sunt qui precipiāt herbas satureia nocentes
Sumere: iudicijs ista venena meis.
Aut piper vrtice mordacis semine miscent:
Tritaq; in annoso flaua pyretra mero
Sed dea nec patitur sic ad sua gaudia cogi:
Colle sub vmbroso quā tenet altus eryx.

et Nisus: et Attica regio quattuor eēt in partes diuisa: Niso Megara forte obuenerūt: qui Niseam condidit: quam Ouidius Alcathoen appellauit eo carmine. Pretentatqꝫ vires mauortis in vrbe Alcathoe quam nisus habet. et alibi. Tutus ad Alcathoen legeia menia limes. Composito scirone patet. Alcathoe ergo in megarensi solo: nisea etiam fuit appellata. At Megaras coloniam e regione pagarum [vt Plinius docet] deductam megaridi regione nomen dedisse: nūqꝫ Alcathoen dictam ausim affirmare. Hic autem Ouidius bulbos Megarici soli designat: quos

Nisea seu Alcathoe

maxime ꝑbat Cato. Uerum [vt Plini⁹ docet] nobilissima ē Scylla. Tertium genus ab eo dicitur Epimenidum optimi saporis: qđ in africa optime nasci docꝫ Juuenalis eo versu. Et veteres afrorū epimenida bulbi. Eorum genera differunt colore: magnitudine: et suauitate. Megarici in primis et Africani libidinē accendūt. Sūt enī calidissime nature. De bulbis ita scribit Diascorides. Oēs Bulbi calidi. et viscidi sunt comesti. exigunt venerem: linguam et fauces exasperant: succuꝫ corpori addūt stomachū inflāti Columella. spargite quoqꝫ viros acuunt: emantqꝫ puellas. Jam megaris veniāt genitalia semina bulbi. Et que scylla legit getuus obruta glebis. Martialis. Quū sit anus coniūx et sint tibi mortua membra. Nil aliud Bulbis qui satur esse potes. De

Megara Bulbi megarici

Scylla Epimenidum

Candidus alcathoe qui mittit̄ vrbe pelasga
Bulbus: et ex horto que venit herba salax.
Ouaqꝫ sumātur: sumant̄ hymetia mella:
Quasqꝫ tulit folio pinus acuta nuces
Docta qđ ad magicas erato diuerteris artes?
Interior curru meta tenenda meo est.
Qui modo celabas monitu tua crimina nostro
Flecte iter: et monitu detege furta meo.
Nec leuitas culpāda mea est: nec semꝑ eodeꝫ
Impositos vento panda carina vehit.

Bulbis. M. Uarro ita precipit. Aqua decoquatur bulbos: qui veneris vsum querunt Apitius addit nucleos pineos: eruce succū et piper. Urbe pelasga. vrbe quā ꝑmisti pelasgi habitarūt. pelasgi oriundi ab arcadibus [vt docet Strabo] per vniuersam greciam excelluere: et in regione athenensium permisti habitarunt: vt scribit Herodotus. Athenensium autem olim portionem fuisse Megaricam oram ex Strabone colligimus. Herba salax. libidinem incitans. aliter ab Ouidio nymphe salaces dicuntur. a salax autem Salacitas deducitur. vnde Plinius scribit passeri minimum vite. sed parem esse sallacitatem. Ouaqꝫ sumātur. Oua galine et perdicis [vt Albumasar docet] sperma valde augmētant: atqꝫ coitum stimulādo incitant. de ouis Plinius hec. Nullus est alius cibus: qui in egritudine alat neqꝫ oneret: simulqꝫ vino vsum: vt sibi habeat. Horatius in secundo sermonum preponit oua oblonga orbiculatis. sic enim inquit. Longa quibus facies ouis erit: illa memento. Ut succi melioris et magis alba rotundis ponere. nanqꝫ marem cohibent callosa vitellum. Sumantur hymetia mella. Hymetus mons est attice regionis: qui floribus semper vestitur: hic vt Strabo scribit mel gignit optimum: quod cuncta bonitate superat. Scribit etiam Plinius. Mellis attici in toto orbe summam laudem existimari. Sane Mel atticum seu hymetiuꝫ: siculum vel Hibellum: et Calymnium a scriptoribus maxime celebratur. Mellis autem vsum Aristeo ascribit Diodorus. Quasqꝫ tulit folio. nucleos pineos dicit quos in vsum veneris adhiberi solitos docuimus ex sententia apitij. et Plinius docet Nucleos nucis pinee infirmitatem virilium roborare: renibus et vesice vtiles esse. De nucibus pineis ita scribit Martialis. Poma sumus cybeles: procul hinc discede viator. Ne cadat in miseruꝫ nostra ruina caput. Pinus acuta. Pinus ideo acuta appellatur: quia ea folium habet capillamenti modo pretenue longumqꝫ et Mucrone aculeatum: vt Plinius docet. Ad magicas artes. ad herbatiam potentiam et medicamenta: quibus magorum artes gloriantur. De magia autē multa legito apud Apuleiū. Diuerteris. notaris narrando. Qui. modo celebras. ad amantem redit. Celabas. amicam. Tua. crimina. Coitū. cum alia amica. Nec leuitas culpanda. ꝙ detegēdā nūc esse furta.

Pelasgi

Salax

Oua

Hymet⁹

Mel optimum

Mellis vsus

Nuclei pinei

Pinus acuta

suadeaz. Threicio borea qui spirat per thraciam et septentrionalem plagam. De ventis lege Plinium Gelium Vitruuium ꝛ Senecam in naturalicus questionibus. Fluitantia lora. laxas et solutas habenas. Admissos eqs. admotos quadrigis: vel celeres. Sūt quib' ingrate eas. designat quibus vult furta detegi. Si nulla subest emula. Si nullam habet que eundem amet. Rebus secundis. nulla aduersante puella. Nec facile est. nec facile amantez patitur. Pigra situ. tarda amandi desuetudine. Crimen puenit ad aures. intelligit te aliam amare. Ille ego sim. optat Ouidius vt eius causa propter furta detecta doleat amica. Veneris da gaudia flē

Nam modo threicio borea modo currim' euro
Sepe tument zephiro lintea: sepe noto
Aspice: vt in curru modo det fluitātia rector
Lora: modo admissos arte retentet equos
Sunt quibus ingrate timida indulgentia seruit:
Et si nulla subest emula: languet amor.
Luxuriāt animi rebus plerumqꝫ secundis
Nec facile est equa commoda mēte pati.
Ut leuis assumptis paulatim virib' ignis
Ipse latet: summo candet in igne cinis.
Sed tn̄ extinctas admoto sulphure flāmas
Inuenit: ꝛ lumen quod fuit ante redit.
Sic vbi pigra situ: securaqꝫ pectora torpent:
Acribus est stimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te: tepidāqꝫ recalface mentez.
Pelalat indicio criminis illa tui.
O quātū ꝛ quotiēs numero ꝯprendere non est
Felicem de quo lesa puella dolet.
Que simul inuitas crimen puenit ad aures:
Excidit: ꝛ misere voxqꝫ colorqꝫ fugit.
Ille ego sim: cuius laniet furiosa capillos:
Ille ego sim: teneras cui petat vngue genas:
Quē videat lachrymās: quē toruis spectet ocell':
Quo sine nō possit viuere: posse velit.
Si spaciū queras: breue sit: quo lesa queratur:
Nec vires lenta colligat ira mora.
Candida iā dudū cingātur colla lacertis:
Inqꝫ tuo flens est accipienda sinu.
Oscula da flenti: veneris da gaudia flenti

ti.coitū intelligit. Jungunt sua rostra columbe. designat poeta elegantissime columbaꝝ oscula. Colūbaꝝ oscula
Sic etiā Cn. Martius cū ait. Sinuq; amicā recipere frigidā caldo, columbatim labra conserēs labris. Columbis autē [vt Plinius docet] ignota sunt adulteria: coniugij fidē non violāt: cōmunemq; seruāt domū: nisi celibes: aut vidue domū non relinquūt. Prima fuit rerū. Hoies per venerem primū cōciliatos dicit vt doceat amicā iratā posse quoq; p coitū recōciliari. Unaq; erat facies. Quidā [vt Diodorus meminit] dixere mundū ingenitū: ⁊ incorruptibilē extitisse: ⁊ gen⁹

Pax erit: hoc vno soluitur ira modo.
Quū bene seuierit quum certa videbitur hostis
Tunc pete concubitus federa mitis erit.
Illic depositis habitat concordia telis.
Illo (crede mihi) gratia nata loco est
Que mō pugnarunt iungūt sua rostra columbe
Prima fuit reruꝫ confusa sine ordine moles:
Unaq; erat facies: sidera: terra: fretū.
Mox celū ipositū ē terris: hum⁹ equore cīcta ē
Inq; suas partes cessit inane chaos.
Silua feras: aer volucres accepit habendas:
In liquida pisces delituistis aqua.
Tum gen⁹ humanuꝫ solis errabat in agris:
Idq; mere vires: ⁊ rude corpus erat.
Silua dom⁹ fuerat: cibus herba cubilia frondes
Jamq; diu nulli cognitus alter erat.

hoium nunq̄ habuisse ortus principiū. Quidam vero quos hic ⁊ in met. Ouid. sequit̄ geitū corruptibilēq; arbitrati sunt: ⁊ hoies dixerūt generationis initiū tpe eē sortitos. Nā a rerū primordio ⁊ celū ⁊ terrā vnicā habuisse ideam imista eoꝝ natura: exinde distinctis in vicē corporibus: cepisse hūc ordinē queꝫ videmus. Aerē quidē motū hunc cōtinuū sortitū ⁊ igneaꝫ ptē eius superiora loca pp leuitatē aiunt appetisse. Eadē cā solē: ⁊ astra cursus suos sortita. qđ vero humori mistū eodē stetisse in loco ppt̄ grauitatē: que quū mista essent: ex humidis mare quideꝫ effectū. Ex durioribꝰ vero terrā luctosaꝫ euasisse ⁊ oīno mollē. Hec primū quū solis ardore dēsior euasisset: eius postmodū superficie vi caloris tumefacta multis ī locis humores quosdā eē cōcreatos ī quibus putredines tenui cōtecte pelllicula sint excitate: queādmoduꝫ in paludibꝰ ⁊ stagnis egyptijs videmus accidere: quū frigidā terrā subito estꝰ aeris calefacit: quū vero ī humidis calore adhibito gnātio fiat: ⁊ noctu quidē circūfusus aer humorē pstet: q̄ die solis virtute ꝯsolidet̄ tandē putredines ille ad sūmū pducte aduenientevelu ti partus tēpore exustis cōfractisq; pelliculis: ois generis educūt aiantiū formas. Quaꝝ ea que maiorē calorē sortita sunt: in superiorē regionē volatilia effecta abierūt. que vero plus terre continebāt: serpētia: aliaq; terrestria euaserūt animantia. Naturā aquosam nacta in sui generis elementū delata sunt: ⁊ appellati pisces. Terra deinceps: tū solis ardore: tū vētis ī diē magis arefacta: a gignēdis maioribus aialibus desijt. Sed que generata erāt: mutua cōmistione alios aiantes procrearūt. Hoc ⁊ euripedes enaxagore phisici discipulꝰ sentire videt̄: quū in Menalippo celū ⁊ terrā mista oliꝫ fuisse tradat: sepata postmodū gnāsse singula: arbores: volatilia: feras: ac oē mortaliū genus. Mox celū impositū terris. per celum ignem: ⁊ aerem denotat. De quattuor aūt elemētis plinius multa: ⁊ Apuleiꝰ in dogmate platonis. Scribit. n. platonē arbitrari tria esse reꝝ initia. Deū scꝫ: ⁊ materiā: rerūq; formas: q̄s ideas idē vocat inabsolutas: informes nulla specie vel qualitatis significatione distinctas: ex quibus prima elemēta sunt pgenita: ignis: aq̄ terra: ⁊ aer. Inane chaos. Chaos [vt hesiodus voluit] fuit quedā ab initio vnitas hiās: patēsq; in profundū: quā principiū fuisse dicūt productionis oium rerum. Ouidius in met. Ante mare: ⁊ terras: ⁊ quod tegit oia celū Unus erat toto nature nullus in orbe. Quē dixere chaos. Tuꝫ genus humanum solis errabat in agris. Cicero quoq; idem refert his verbis. Nam fuit quoddam

De mūdi ⁊ hominū origine

Reꝝ ĩtia
Elemētorū origo
Chaos

tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabātur: et sibi victu ferino vitā propagabant. nec ratione animi quicq̄: sed pleraq̄ viribus corporis administrabāt.

Quid coitus pstitit

Blanda truces aios. coitus inquit reddidit hoies mansuetos. et placidos. Sic et in fastis. Prima feros aios hoi detraxit: ab illa Venerūt cultus: mūdaq̄ cura solo. Videtur autē hoc sumptum ex platone: q̄ in conuiuio scribit Amorem pacem largiri hoibus. mari tranquillitatem. ventis requiez. cubile viuentibus. omniumq̄ securū: hunc rusticitatem a nobis amouere: hunc nos familiaritate conciliare: cetus huiusmodi omnes congregare: mansuetudinez porrigere: exterminare feritatē: et alia mlta efficere. Ales habet quod amet. non hominem modo sed bruta etiam animalia peruenere cōciliari docz. Sic et i fastis. Iuraq̄ dat celo: terre: et natalibus vndis. Perq̄ suos coitus cōtinet omne genus. Cerua parez sequitur. parem aut eiusdem generis: aut pariter copulatum accipe. Ouidius in fastis. Et docuit iungi cum pare quenq̄ sua.

Ceruorz femine in cōceptu igrediunt

Ceruorum autem feminas scribit plini9 ingredi conceptu. q̄ non tollerent vim ipsorz eos etiam dicit vicissim ad alias trāsire: et ad priores reuerti. Scribit etiam in africa: nec apros: nec ceruos: nec capreas: nec vrsos eē. Idez de ceruis et apris refert Herodotus. vnde miror Maronem in primo eneidos scripsisse eneaz in ea septem occidisse ceruos.

Vipē coitus

Canū coitus

Serpens serpēte tenetur. Vipere coeunt cōplexu adeo circumuolute sibi: vt vna existimari biceps possit. auctor Plinius. Cum cane nexa canis. idē quoq̄ plini. refert cui9 verba hec sunt. Auertuntur et canes: phoce: lupi: i medioq̄ coitu inuiti etiam coherent.

Simus

Salit. ab ariete saliendo subagitatur. Immundum marem. hircum male olentez. Sima capella. Sim9 [vt seruius docet] vocat qui pressis est narib9. Scribit pli. auib9 serpētib9: piscib9 foramina tm̄ ad olfactus sine narib9 esse: et hic cognomina simorz. Silonuz.

Silones Simonis nomen

Idem scri. delphini rostrū simū esse: qua de cā nomē simonis miro modo agnoscūt. Malūtq̄ ita appellari. maro capellas et simas appellat. In furias agitant eque. eq̄ in amorē furiosuz ferūtur. Vir. scz asi oēs furor est isignis equarz. Spatioq̄ remote. dis: iūcte locorū interuallo. Virg. Illa ducit amor trās gargara: trāsq̄ sonātē Ascaniū: superāt mōtes et flumina tranāt.

Diuiduz

Machaon

Eq̄s diuiduos amne. eq̄s fluuio superatos. Diuiduū. n. dicit nōmodo separabile: sz etiā separatū. Medicamina fortia. Calidū coitū. Feri doloris. quē accepit de furtis tuis. Succos machaonios Medicinales. herbarios a machaone medico: cuius in scdo iliados meminit

Blāda truces animos fertur mollisse voluptas
Constiterant vno femina: virq̄ thoro.
Quid facerent ipsi: nullo didicere magistro
Arte venus nulla dulce peragit opus.
Ales habet quod amet: cū quo sua gaudia iūgat:
Inuenit in media femina piscis aqua.
Cerua parem sequit: serpens serpente tenetur.
Heret adulterio cum cane nexa canis.
Leta salitur ouis: tauro q̄s leta iuuenca est:
Sustinet immundū sima capella marē.
In furias agitantur eque: spatioq̄ remote
Per loca diuiduos amne sequūtur equos.
Ergo age: et irate medicamina fortia prebe.
Illa feri requiem sola doloris habet.
Illa machaonios superant medicamina succos:
His vbi peccaris: restituendus eris.
Hec ego quū canerē: subito manifestus apollo
Mouit inaurate pollice fila lyre:
In manibus laurus: sacris induta capillis
Laurus erat: vates ille videndus adit:
Is mihi lasciui dixit preceptor amoris:
Duc age discipulos ad mea templa tuos:

Homer⁹.scribit et Diodor⁹ Esculapiū filios reliqsse machaonē ⁊ podalriū: q̄ cum agamēnone ad troiā nauigarūt:⁊ plurimū curādis vulnerib⁹ ꝓfuisse:vn̄ eis imunitas rerū oiuz ē cōcessa. Discipulos tuos.qb⁹ tradis ꝑcepta amādi. Ad mea tēpla. Edē apollinis delphici intelligit: de qua multa Justinus lib.xxiiij. Est ibi diuersum. Sapiētissimū di ctū chilonis lacedemonij designat: quo iubet vnūquēq̄ se agnoscere. Chiloni.n.[vt pli.docet] mortales oraculoꝝ societatē dedere tria ꝑcepta eius delphis cōsecrādo aureis litteris:q̄ sunt hec. Nosce se quēq̄. Juue.e celo descendit: ⁊ nihil nimiū cupere Comiteq̄ eris alieni, ac litē eē miseriā.

Tria ꝑcepta chilonis

Est ibi diuersum fama celebrata per orbez
Littera:cognosci que sibi quenq̄ iubet.
Qui sibi notus erit:solus sapienter amabit
Atq̄ opus ad vires exiget omne suas;
Cui faciem natura dedit:spectetur ab illa:
Cui color est:humero sepe patente cubet
Qui sermone placz:taciturna silentia vitet:
Qui canit:arte canat:qui bibit:arte bibat.
Sed neq̄ declamet medio sermone diserti:
Nec sua vesan⁹ scripta poeta legat.
Sic monuit phebus:phebo parete monēti:
Certa dei sacro est huius in ore fides
Ad ꝓpiora vocor:quisquis sapienter amabit:
Vincet:⁊ e nostra:quod petet:arte feret.
Credita non semper sulci cum fenore reddunt:
Nec semper dubias adiuuat aura rates.
Qd̄ iuuat exiguū est:plus ē quod ledit amantes:
Proponant animo multa ferenda suo:
Quot lepores in atho quot apes pascūt i hybla
Cerula quot baccas palladis arbor habet.
Littore quot conche:tot sunt in amore dolores.
Que patimur:multo spicula felle madent
Dicta erit isse foras:quaz vt fortasse videbis
Isse foras: ⁊ tu falsa videre puta
Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte:

Sed neq̄ dclamet. vidēdū eē docet:ne amator loqndo declamare videat. Certa ē fides. q: respōsa apollinis nūq̄ fallūt. Ad ꝓpiora vocor. vocor ad ea q̄ magis ꝓducūt amāti:q̄ que diximus ⁊ q̄ sunt magis ꝓpria:⁊ eorū iuris. Sic ⁊ in fastis. Ad ꝓpiora vocor: populū digessit ab armis Romul⁹. reddit aūt auditorē attētū. Credita n̄ sp. nō sp inqt hēbis amicā tibi morigerā:sicut nec terra sp reddit credita semina cuz fenore:ex q̄ colligit n̄ eē ꝯsperādū: sꝫ istādū acri⁹ ⁊ sapiēti⁹. Dubias rates. nautas icertos qd̄ sit futuꝝ aut agēdū cessantib⁹ vētis. Qd̄ iuuat exiguū ē. pl⁹ ē quod cruciat:q̄ voluptas:que ex amica pcipitur. Proponāt. i aīum inducāt. dolor n. leuior fiet. Quot lepores i atho. Athoon [vt pli.scri.] Mōs ē macedonie:quē xerses rex ꝑsaꝝ cōtinēt abscīdit i lōgitudie pas. mille quingētoꝝ. ad sublimi s:vt altior estimet:ev n̄ ibi es cad ūt:qd̄ iō credit:qm̄ i aris qs i cacumine sustinet nūq̄ cineres eluunt i summo oppidū Acrotō fuit:q̄ timidio lōgior q̄ i alijs terris incolētiū etas ꝓpagat. Jō ide hoies Macrobios greci:n̄ appellauerunt longeuos. auctor Solin⁹ Athona qdā nūc mōtē scīm appellari putāt. huius mōtis meminit et Herodot⁹ in septimo. Stati⁹. Ingēti tellure ꝓximus vmbra vestit athō: nēorūq̄ obscurat imagie pōtū. Lep⁹ aūt a pedū leuitate qsi leuipes dict⁹ ē: vt voluit Fabi⁹. Idē q̄ busdā grece dasyp⁹ appellat:q̄ hēat hirsutos pedes. pli. tñ dasipōdē a lepore distiguit:lepoꝝ plura gn̄a int q̄ sunt caniculi. In alpib⁹ cādidi nascūt. vtrāq̄ vi figl'a hn̄t. ⁊ sine mare eq̄ gignūt:iō Terē. ille iqt. tute lep⁹

Athoon Mons

Macrobij

Mōs sanctus

Lepus

Dasypus

es & pulpamentũ q̃ris. lepus ẽt solus sup fetat aliud educãs: aliud i vtero pilis vestitũ: aliud in plume aliud incohoatũ gerẽs ptẽ. vñ in sermõibus. Hora. Fecũdũ lepore appellauit. Pascitur i bybla. Hybla fuit vrbs sicilie: ab byblone rege dicta vt voluit Thucidides hec postea megare appellata fuit. vñ maro apes bybleas appellat: q̃ i sicilia mel optimũ cõficiebãt. Mart. Quũ dederis siculos medijs de collib⁹ byble Cecropios dicas tu lz eẽ fauos. Littore quot cõche. Teste duriores. q̃bus ostrea & alia hmõi teguntur: cõche appellãtur. Spicula. tela cupidis. spiculũ. n. nõ mõ iaculũ: sz ẽt ferrũ & aculeũ sagittarũ significat

Lepores fecundi. Hibla seu megara. Conche. Spiculũ.

Perfer: & immũda ponito corpus humo.
Forsitan & vultu mendax ancilla superbo
Dicet: quid nostras possidet iste fores?
Postibus & dure precibus blandire puelle:
Et capiti demptas in fore pone rosas.
Quum volet: accedes. quũ te vitabit: abibis:
Dedecet ingenuos tedia ferre sui.
Effuge dehinc non est: quare tibi possit amica
Dicere: non omni tempore sensus obest.
Nec male dicta puta: nec verbera ferre puelle
Turpe: nec ad teneros oscula ferre pedes
Quid moror in paruis: animus maiorib⁹ instat
Magna canã toto pectore vulgus ades.
Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt.
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Riualem patienter habe: victoria tecum
Stabit: eris magni victor in arce iouis.
Hec tibi nõ homine: sz quercus crede pelasgas
Dicere: nil istis ars mea maius habet.
Innuet illa: feras: scribet: ne tange tabellas:
Unde volet: veniat: quaq3 libebit eat.
Hec in legitima prestant vxore mariti:
Quum tener ad partes tu q3 somne venis

Qu. curti⁹. Int promptissimos dimicãs Alexãder: sagitta ict⁹ ẽ q̃ i medio crure fixa reliq̃rat spiculũ. & Pli. lib. xvi. ita scri. Calamis spicula addũt irreuocabili hamo noxia. & Prop. Non tot achemenijs armant fuga sagitt[...] spicula. Multo felle. multo dolore. Tedia ferre sui. pati se eẽ cuiq3 molestũ. Effuge. dehic nõ ẽ q̃re tibi possit amica dicer. sensus ẽ. Amoueas te ab amica: quũ te vitabit: q̃d si feceris nulla erit cã q3 ea possit te icrepare his vbis: q̃b⁹ vtimur i molestos & iportunos: ea aũt sũt hec. sensus nõ obest oi tpe: hoc ẽ itelligẽtia illa: quã iperiti discretiõez appellãt sp decet vnũquẽq3. sic ẽt Fabi⁹ sensũ cõem accipit p q̃dã oium intelligẽtia. Difficilis labor: vt patiẽti aio riualẽ feras: q̃d perq3 difficile eẽ õndit Prop. dicẽs. Riualẽ possũ nõ ego ferre ioue. Eris magni victor i arce iouis. Triũphabis de amica: vt ipatores q̃ triũphãtes ad edẽ iouis capitolini vehebant triũphali curru. Querc⁹ pelasgas pelasgi[...] vt docet Stra. Dodoneũ Jouis tẽplũ cõstruxerũt subiectũ mõti Tomaro centũ fontib⁹ circa radices celebrato. In eo loco ph⁹ grãmatic⁹ scri. colũbas: & quercus hũana voce respõsa dedisse. Uir. Atq3 habite gratijs oracula querc⁹. Stati⁹ li. iij. Certi⁹ aut frõdes lucis q̃s fama molossis Chaoniassonuisse tibi: vbi Lactãti⁹ scri. i epiroticis quercub⁹ sedẽtes colũbas futura pdixisse sciscitãtib⁹. Scribit ẽt Herodotus libro scdo Dodoneũ oraculũ oium que apud grecos sunt oraculorũ vetustissimũ fuisse. et colũbas duas et egypto alteram in africam: alteram Dodonem euolasse: vtrãq3 nigram. Dodoneum illa fago insidens humana voce elocuta est eo loco. Jouis oraculũ condi debere: & se interpretẽ esse: quod ipsis annũciaret diuinitus fieri. Que vero ad afros abijt: iouis Ammonis oraculũ condi iussit. Mulieres aũt eas fuisse constat: & eas a dodoneis colũbas appellari vt latius persequitur herodot⁹. Maius istis. vt riualẽ feras patiẽter. innuet illa nutu significabis riuali. Feras patiare. Scribe ac riualẽ. Ne tãge tabellas. ne resigna lrãs. Hec prestãt vt eãt quo velit. Quũ vẽis ad ptes. quũ dormit mari

Dodoneũ Jouis tẽplum. Columbe.

Hac ego confiteor non sū perfectus in arte
Quid faciā: monitꝰ sū minor ipse meis.
Emulus inceptum sepe recurrat opus:
Reticuloqꝫ pile leues fundantur aperto
Nec nisi quā tollas: vlla mouenda pila est.
Est genus in totidē tenui rōne redactum
Spicula: quot menses lubricus annus habet
Parua tabella capit teneros vtrinqꝫ lapillos
In qua vicisse est continuasse suos.
Mille fac esse iocos: turpe est nescire puellam
Ludere ludendo sepe paratur amor.
Sed minimus labor est sapienter iactibus vti

obliuionem inducit. Martialis. Pigra per hūc fugies ingrate flumina lethes. Duas partes. viros et feminas. De ve tribus libris. libros tres amorum ad Corinnam intelligit. Epistola. que in amoribus prima est. in ea enī scribit ouidius se quinqꝫ libris de preceptis amatoriis et de remedio proposuisse tres ad corinnā. Ita enī inq̄t Qui modo nasonis fueramꝰ quinqꝫ libelli. Tres sumus hoc illi pretulit auctor opus. Illa epistola prima in amoribus. Nouauit. iterū commemorauit. Hoc opus ignotum. hec precepta amatoria: que alii minus nouerant me composuisse. Ita velis. vt legatur et cantetur meum opus. Insignis cornu. baccho enim cornua tribuuntur: cuius rei causam assignauimus. Brachia iussa. brachia sono apte se accomodantia. Artifices lateris. Histriones latera in scena cōcine mouentes: que tanta est difficultas: vt scribat in oratore Cicero. Roscium nimium discipulum in ea arte quem probet repperisse neminem. Ars autem Histrionica adeo olim rome claruit: vt Clodius Esopus. Histrio tragicus ex eo questu patinā sexcentis sestertiis insignē fecerit: in qua posuit aues cātu aliquo: aut sermone humano vocales: et eius filius clodius relictus ab eo in amplis opibꝰ heres. vniones in cena magne taxationis deuorauit: vt auctor est Pli. Taloꝝ dicere iactus. Tessere. habēt sex latera: et quadrate sunt. has cubos appellari: Geliꝰ refert Tali vero a tesseris forme longe erāt dissimiles. habebāt enī q̄ttuor latera: et ꝓ iactu. varia puncta dabant. his iam non vtimur. In ludo. Talario tali. iiij. adhibebantur. In tesserario vero tres tantū modo: vt hodie etiam fieri videmus. vnde Martialis ita scribit. Non sum talorum numero par tessera. Quam subeat partem. cui sit perdendi periculo subiecta Quāqꝫ vocet. quot pūcta cupiat ad obtinendā victoriā. Latronū p̄lia.

Histrionice artꝭ difficultas

Questus artis histrionice

Tessere Cubi Tali

Maius opus: mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti: studioq̄ aperimur in ipso
Nudaq̄ per lusus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum: lucriq̄ cupido:
Iurgiaq̄: ꝛ rixe: sollicitusq̄ dolor.
Crimina dicuntur: resonat clamoribus ether:
Inuocat iratos: ꝛ sibi quisq̄ deos.
Nulla fides tabulis: q̄ nō per vota petunt:
Et lachrymis vidi sepe madere genas.
Iuppiter a vobis tam turpia crimina pellat:
In quibus est vlli cura placere viro.
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis
Materia ludunt vberiore viri.
Sūt illis celeresq̄ pile: iaculūq̄: trochiq̄
Armaq̄: ꝛ in gyros ire coactus equus.
Nec vos cāpus hꝫ: nec vos gelidissima virgo
Nec tuscus placidis deuehit amnis equis

calculorum ludum intelligit. Unus quū gemino. caute ludendū est: quū solus latrūculus tu⁹ cum duobus hostibus pugnā capescit: ꝛ obsidetur. Bellatorq̄. quē regē appellāt in calculis. Sine suo compare. sine eo latrunculo: quē in eo ludo reginā noiant. Reticulo ꝙ pile hoc genus in totidem: ludum eum designat: qui constat ex. xij. calculis. Parua tabella. hoc etiam ludo vtuntur vulgo pleriq̄ hac tempestate. qui em̄ prius in tabella tres calculos apte locarit: is collusori vnū adimit. Sed minimus labor est. Uitia designat: que in hmōi ludis deteguntur. Nulla fides tabulis. nō est fidendum alee. Que nō per vota petunt. q̄ non habuerit deos fautores. Genas ludentium sinistris diis. Tam turpia crimina: vt ludi gratia plorandū sit Ignaua natura. Ignauā ideo naturam appellat: ꝙ hmōi ludi nullam habent corporis exercitationem. Materia vberiore. magis vtili. Celeresq̄ pile. vtebant enī pila: quā paganicā appellabant. erat ꝛ pila Trigonalis: ꝛ follis: vt ostendit Martialis. Iaculumq̄

Pile lud⁹

Iaculoq̄ exercebant romani: qđ ostendit Horatius eo versu. Nec iā liuida gestat in armis. brachia sepe disco. Sepe trans finē iacto nobilis expedito. Trochiq̄. Trochus instrumentū erat: quod ludētibus pueris scutica agitabat. et rotabatur vt scribit Acron. eo antea pueros quosdam ludere solitos vidim⁹. Martialis. Inducēda rota est das nobis vtile mun⁹. Iste trochus pueris: at mihi cantus erit. ꝛ alibi. Garrulus in laxo cur annulus orbe vagatur. Cedat et argutis obuia turba trochis. Propertius. Increpat. et vsi clauis adunca trochi. Horati⁹. Trochum grecū appellat in odis: qm̄ trochos rotā significat. Arma q̄ quibus exercebātur iuuenes Horatius. Nec iam liuida gestat in armis brachia In gyros. in circuitus.

Iaculi exercitatō

Trochus

Eq̄ gyr⁹

Tangit autem eam exercitationē: qua iuuentus romana equis vti discere solebat. Horatius. cur neq̄ militaris Inter equales equitet gallica nec lupat: Temperet ora frenis. Eius autē exercitatōis laus erat vt equ⁹ in gyrum flecteret. Uirgili⁹. Carpere mox gyrū incipiat. ꝛ Tacitus scribit. Germanorū equos nec forma: nec velocitate conspicuos sꝫ nec variare gyros in morē romanū doceri. Nec vos camp⁹ habet. Campi Martij: vt auctor est Strabo admirabil' erat magnitudo. Suppeditabat em̄ curules pariter cursus: ꝛ alia equestria certamina expedita nec minus tam multis pilam. Trochū Palestrā exercitatōe tractātibus. Gelidissima virgo. aquam virginē intelligit: a virgine que eius fontē indicauit ita appellata: vt frontinus docet. Plinius tamen in. xxxi. virginem aquam ideo appellatā scribit: ꝙ labens in prenestina via: cum ad herculaneum riuum peruenit: eum refugit: quasi congressum herculis fugiat. Idem scribit eam tactu prestare ceteros amnes: qm̄ in ea natabant commodius. Papinius. Atq̄ exceptura natat⁹ Uirgo iuuat. Nec tuscus placidis. Tuscum ideo Tybrim nominat: qm̄ ab apennino defluēs: per tusciam romā defertur. ꝙ aūt in tyberino etiā flumine natarent iuuenes romani: docet Horati⁹

Cāpi martij certamina

Aq̄ virgo

Tyberis Tuscus

eo versu. Cur timet flauū tyberim tāgere. Pompeias ire per vmbras. De porticu pōpeij q̄ erat in cāpo Martio diximus in primo. propersius. Sed vmbrosis sordet pompeia colūnis Portic⁹ auleis nobilis attalicis. Virginis ethereis. estatē designat: nam sol per cancrū ⁊ leonē trāsiēs ⁊ virginē: estatē efficit: vt antea docuimus ex sententia higynij. Scribit columella. Tertiodecimo calendas septēbris solē in virgine₃ trāsitū facere: ⁊ hoc ⁊ sequēti die tēpestatē significare. Interdū ⁊ tonare. Sacrata palatia. palatiū collē consacratū apollini: cui templū i eo Augustu₃ erexisse diximus: cui⁹ meminit Ouidius i quarto fastoꝝ. Phebo laurigero. apollini laureā gerēti coronā. Paretonias. egyptias. Est. n. paretoniū vrbs egypti in ora maritima: ⁊ portus ingēs. xl. fere stadiorū. Hāc alij paretoniū: alij ammoniā vocāt: auctor est Strabo. itelligit aūt apollinē q̄ i p̄lio apd̄ Actiū cōtra. M. Antoniū ⁊ cleopatrā fauit augusto. Vir. Acti⁹ hec cernēs arcū itēdebat apollo nota est historia plutarchi monumētis. Queq₃ soror. porticū octauiā dicit: ita appellata ab octauia sorore augusti. Cōiunxq₃ ducis. Liuiā porticū a Liuia vxore Augusti [vt docet Suetoni⁹] cognominata₃ accipe. Naualiq₃ gener. Agrippā augusti generū dicit. eius n. filiā Juliā duxit vxore₃. Illum augustus nauali corona donauit [vt pli. scri.] post ōbellatū pōpeium i sicilia. Itē docet Serui⁹ in octauo eneidos. Erat aūt Naual' corona: vt Geli⁹ docet q̄ donari solet maritimo p̄lio: q̄ prim⁹ i hostium nauē vi armatus trāsiliuit: ea q̄si nauiū rostri₃ insignita erat. Visite turicremas. De tēplo isidis repete que diximus in p̄mo. Vacce mēphitidos Isidis egyptie: q̄ oli i vaccā mutata apd̄ egyptios colebatur. de mēphi vrbe abūde dictū ē in primo. Terna theatra. ea in cāpo ꝓxime Campo Martio fuisse docet Stra. vn̄ hic cōspicuis locis addidit Oui. erāt. n. eo i loco alia p̄clara edificia. Sanguine. gladiatorū cruore. Metaq₃ feruēti. ludos circēses dicit: de q̄bus in primo diximus. Facies bona. pulchra facies. Caret teste. nō videt̄. Tu licet ⁊ Thamyrā. Thamyras philamonis fili⁹ rediēs ex vrbe Ethelia: quū musas habuisset obuias sciētia cātandi gloriabūd⁹: affirmauit se eas superaturū: si secū certare auderēt ad quā insolētē vocē filie iouis stomachate: et modulationē: ⁊ pulsande cithare peritiā: ⁊ cōem hois sensum abstulerūt. hec Home. in scdo iliados. Diodo. eū lyra ⁊ cātu tm̄ priuatū scri. latini vero ocecatū fuisse dicūt. Si venerē cous. Apelles ex q° insula olympiade cētesima. xij. floruit: i pictura solus plura ꝙ ceteri oēs cōtulit voluminibus editis: q̄ doctrinā eā cōtinebāt. illi ꝑpetua cōsuetudo fuit nunꝙ tā occupatā diē agendi vt nō lineā ducēdo exerceret artē. a nullo alio: ꝙ ab appelle pīgi voluit. Alexāder Magn⁹ hic pixit Venerē exeūtē mari: quā Diuus august⁹ dedicauit i delubro patris cesaris: q̄ Anadyomene vocat̄ cōsenuit hec tabula carie. Aliāq₃ ꝑ ea Nero i pricipatu suo substituit Dorothe manu Apelles inchoauerat aliā venerē cois superaturus ēt illā priorē. Inuidit mors peracta pte: nec q̄ succederet operi ad p̄scripta liniamēta inuētus ē. auctor Pli. Illa lateret. nō videret̄ egredi e mari: vt apelles pixerat. Hoc votū. vt forma vigeat. Cura ducū. Hora. quoq₃ oñdit poetas oli fuisse i p̄cio eo versu. Sic honor ⁊ nomē diuinis vatib⁹ atq₃ carminib⁹ venit. ⁊ paulopost ait. Et

At licet ⁊ prodest pompeias ire ꝑ vmbras
Virginis ethereis quū caput ardet equis
Visite laurigero sacrata palatia phebo:
Ille parethonias mersit in alta rates
Queq₃ soror coniunxq₃ duc[is] monumēta pararūt
Naualiq₃ gener cinctus honore caput.
Visite turicremas vacce memphitidos aras
Visite conspicuis terna theatra locis
Spectentur tepido macula te sanguine harene
Metaq₃ feruenti circumeunda rota
Quod latet: ignotū est: ignoti nulla cupido
Fructus abest: facies cu₃ bona teste caret
Tu licet ⁊ thamyrā superes atq₃ orphea cantu
Non erit ignote gratia magna lyre.
Si venerem cous n unꝙ pinxisset apelles

Porticus Pompeij
Sol i virgine
Paretonium
Porticus octauia
Porticus liuia
Agrippa Augusti gener
Naualis corona
Thamyras
Apelles cous

Mersa sub equoreis illa lateret aquis.
Quid petitur sacris: nisi tantū fama poetis:
Hoc votū nostri summa laboris habet.
Cura ducum fuerat olim regumqꝫ poete:
Premiaqꝫ antiqui magna tulere chori.
Sanctaqꝫ maiestas: ⁊ erat venerabile nomen
Vatibus: ⁊ large sepe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus hortos:
Contiguos pene scipio magne tuis.
Nunc hedere sine honore iacent: operataqꝫ doctis
Cura vigil musis nomen inertis habet
Sed famā vigilare iuuat: q̄s nosset homerum:
Illius eternū si latuisset opus.
Quis danaen nosset: si semper clausa fuisset:
Inqꝫ sua turri si latuisset anus.
Utilis est vobis formose cura puelle:
Sepe vagos extra limina ferre pedes.
Ad multas lupa tendit oues: predet ut vnā:
Et iouis ad multas deuolat ales aues.
Se quoqꝫ det populo mulier speciosa videnda
Quē trahat e multis forsitan vnus erit.
Omnib⁹ illa locis maneat studiosa placendi:
Et curam tota mente decoris agat.
Casus vbiqꝫ valz: semꝑ tibi pendeat hamus
Quo minime credis gurgite piscis erit.
Sepe canes frustra nemorosis montib⁹ errant
Inqꝫ plagas nullo ceruus agente cadit
Quid min⁹ andromede potuit sperare reuicta
Quam lachrymas ulli posse placere suas?

vite mōstrata via e st: ⁊ grā regū Pieriis tentata mōis: ludusqꝫ reptus. Ennius emeruit. Q. Ennius in calabria Rudias [vt est auctor Strabo ⁊ Mela] p̄riam habuit. silius i. xij. de eo ita scri. Miserūt calabri rudie genuē vetuste. scripsit p̄m⁹ apd latinos versu heroico ānales vt Geli⁹ refert: qb⁹ bella italie cecinit: ⁊ scd̄m bellū punicū in gratiā scipionis carmine minus polito. nā igenio valuit: sꝫ arte caruit: vt cecinit Ouid. Africanū maiorē mirifice dilexit: a q̄ multis munerib⁹ donatus ē. cū scipione asiatico in asiā profect⁹ ē: ⁊ cū fuluio nobiliore ī etoliam. post septuagesimū annū [vt scri. Eusebius] periit morbo articulari quē nimio vino cōtraxerat: sepult⁹ fuit in scipionis monumēto via appia vt ēt Cice. testaꝛ. scribit ēt Pli. p̄orē Africanū. Q. Ennij statuā sepulchro suo posuisse: viuēs sua virtute. donatus ē pulcherrimis hortis. Fuit ⁊ paulopost alter Enni⁹ Tarētinus q̄ de l̄ris: syllabis: ⁊ metris libellū edidit: ⁊ volumina de augurandi disciplina. Ilias. op⁹ iliados: qd̄ Home. in. xxiiij. libros digessit. Quis danaē nosset. Acrisius arguiorū rex vnicam habens filiā Danaen: vt Lactantius scribit: accepit se periturū manu ei⁹ qui ex filia nasceretur: vnde filiā in turri clausit. Juppiter in aurū versus ex tegulis in gremium puelle decidit: pregnāsqꝫ facta est: quod pater intelligens in arcam clausam in mare abiici iussit: illa ī italiā delata inuenta a piscatore cum perseo quem enixa fuerat et oblata regi: ab eo vxor accipitur: cum que etiam Ardeam condidit auctore seruio. Inqꝫ sua turri. sic etiam Horatius. Inclusam danaen turris enea. robustequꝫ fores. et vigilum canū. Sepe canes frustra. Venatoris exemplo docꝫ feminas plerūqꝫ amatores inuenire: quos non querunt. Cadit in retia. nullo agente. Quid minus andromede. numq̄ inqt sperabat andromede auxiliū. Persei fabula

Q. Enni⁹

Enni⁹ Tarentinus

Danaes Fabula

superius dicta est. Funere sepe viri vir queritur. Sepenumero puella mariti mortem deplorās in funere: viruȝ alium inuenit. Solutis crinibus. de more plorantium in funere. id etiam fieri solebat: quum in aduersis deos orabant. Uirgilius. Interea ad templum non eque palladis ibant Crinibus iliades passis. ⁊ Liuius. Strate passim matres crinibus templa verrentes. veniā irarum celestium: fineq̄ȝ pesti exposcunt. Sed vitate viros. moles ⁊ cinedos dicit. In statione comas. ex eorum sententia qui dicebant comatos omnes cinedos esse. Et in nulla sede moratur amor. quia sunt īstabiles. Plures viros. q̇ eum tanq̄ȝ mollem petāt Troia maneret. Docȝ puellas p̄ami exēplo nō adolescētibus credendum esse: sed maioribus natu Preceptis. priami: suadebat reddendum esse Helenā Perq̄ȝ adit⁹ tales per speciem ficti amoris Lucra pudēda petunt. simulāt se vos amare: sed nil aliud a vobis petūt ꝙ̄ dedecus vestrum. Liquido nardo. Nardinuȝ vnguentū. alio nomine Plinius Foliatuȝ appellat: quod vnguentarij: ex spica nardi celebrant: laudatur. Syriacuȝ a Plinio. nascebatur etiā Nard⁹ in cicilia radice nigra: ⁊ odorata: vt ē auctor Diascorides. vn̄ Spicaȝ cilīscā in fastis appellat Ouidius. Nec breuis i rugas. nec qui vestis rugas industria locata stringit tanq̄ȝ mollis. Filo tenuissima. ex tenui lana. Et vratur. et angatur: ꝙ non possit vesteȝ tuā furari. Uoce boante. clamante. Has venus. Venerem genitriceȝ intelligit: de qua dictum est in primo. Appiades dee. Concordiam Pallada. Paceȝ ⁊ vestē intellige: ab aqua Appia: que ī forum cesaris deducta erat: cognominatas. ꝙ auteȝ hec templa ad forum cesaris essent: ex papinio: ⁊ Martiale intelligitur. Sunt quoq̄ȝ non dubia. Sunt quedam mulieres que habentur infames: ꝙ amantes decipere soleant. Crimen amantis habent. quia alios decipiunt: vt ipse quoq̄ȝ ab amantibus decepte sunt. Cecropides. athenīēses puelle a rege cecrope per quas omnes alias designat. Iurāti theseo. viro perfido: vt fuit theseus qui Ariadnaȝ reliquit.

Funere sepe viri vir queritur: ire solutis
Crinibus: ⁊ fletus non tenuisse decet.
Sed vitate viros cultū: formamq̄ȝ pfessos:
Quiq̄ȝ suas ponunt in statione comas
Que vobis dicunt: dixerunt mille puellis
Errat: ⁊ in nulla sede moratur amor.
Femina quid faciet: quum vir sit leuior ipsa?
Forsitan ⁊ plures possit habere viros.
Uix mihi creditis: sed credite troia maneret
Preceptis priami si foret vsa senis.
Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo
Nec breuis in rugas cingula pressa suas.
Nec toga decipiat filo tenuissima: nec si
Annulus in digitis alter: ⁊ alter erit
Forsitan ex horum numero cultissimus ille
Fur sit: ⁊ vratur vestis amore tue.
Redde meum clamat spoliate sepe puelle:
Redde meum toto voce boante foro.
Has venus e templis multo radiantibus auro:
Leta videt lites: appiadesq̄ȝ dee.
Sunt q̄ȝ non dubia quedaȝ mala noīa fama
Decepte multis crimen amantis habent
Dicite ab alterius vestris timuisse querelis:
Ianua fallaci ne sit aperta viro.
Parcite cecropides iuranti credere theso:

Nardinū vnguētū

Spica cilisca

Appiades dee

Quos faciet testes. quos testes amplius adhibebit. Fecit et ante deos. antea deos adhibuit testes: ⁊ tamen fidem violauit. Thesei criminis heres. id etiã in epistolis ei phyllis ita exprobrat. De tanta rex turba factisq; parẽtis. Sedit in ingenio cressa puella tuo. Nulla relicta fides. q2 nulli sunt amplius dij: per quos iuret. Illa põt vigiles. que promissas noctes negabit: audebit etiã violare sacra veste ⁊ isidis: ⁊ necare viruʒ veneno. Vigiles flammas. inextinctum ignem: qui in templo veste seruabatur: cuius rei causam assignat plutarchus in camillo his verbis. a Numa enim rege tanq̄ oium principiuʒ esset ignis: venerari institutuʒ ẽ. Nã nobilissimũ quoddam extitit ignis i ipa natura ⁊ motio quedã est: vel cũ motione totius generatio. Alia vero materia que calore vacat ociose: ignauiterq; iacẽs ⁊ cadaueri similis ignis virtutem tanq̄ animaʒ cupit: ⁊ paulatim suscepto igne ad agẽdũ quid vel patiendum vertitur. Numa Pompilius vir curiosus: ac sapiẽtissimus qui in colloquium cum musis per sapientiam veniebat: ratione quadam philosophie motus hunc seruari: custodiriq; perpetua vigilia ne corrũperetur voluit: tanq̄ eterna virtus eẽt: que oia seruaret. Aliã cãm refert Ovi. in fastis. In eodẽ veste tẽplo [vt testis ẽ plutarchus] fama fuit troianũ illũ palladiũ: qd in italiã eneas asportauerat ꝯsidere. Inachi. Isis inachi filia. Capere sacra. sacra diripere. Mista aconita. aconita tẽperata. Est enim Aconitũ herba oium venenorum ocissima: que tactis genitalibus feminini sexus aialium: eodẽ die infert mortẽ: quo mõ Calphurnius Bestia vxores necauit. Fabule narrauere aconitum e spumis cerberi canis natũ extrahẽte ab inferis hercule. Cicuta q̄ herba venenũ est: publica atheniẽsiũ pena inuisa: vt docet pli. Propius cõsistere. ea dicere: q̄ magis ad viros: q̄ ad feminas pertinẽt. qd facere visus est: quũ dixit feminas accepto munere nunq̄ coitum negaturas. Illas. n. et auaritia: ⁊ propria libidine corrũpi posse designauit. Admissis equis. materia semel suscepta: dando scilicet arma feminis contra viros. Verba vadum tentent. verba ad te scripta ab amante animum tuuʒ sollicitent. sic ⁊ in primo. Cera vadum tentet rasis infusa tabellis. Edure. valde du-

Ignis veste inextinctus

Aconituʒ

Cicuta

Quos faciet testes: fecit ⁊ ante deos.
Et tibi demophon thesei criminis heres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittunt totidem promittite verba
Si dederint: ⁊ vos gaudia pacta date
Illa post vigiles flammas extinguere vestę:
Et capere extemplis inachi sacra tuis.
Et dare mista viro tritis aconita cicutis:
Accepto venerem munere si qua negat.
Fert animus ppius cõsistere supprime habenas
Musa: nec admissis excutiare rotis.
Verba vadũ tentent abiegnis scripta tabellis
Accipiat missas apta ministra notas.
Inspice: quodq; leges: ex ipsis collige verbis:
Fingat: an ex animo: sollicitusq; roget
Postq; breuẽ rescribe morã: mora semp amãtes
Incitat: exiguum si modo tempus habet.
Sed neq; te faciem iuueni promitte roganti
Nec tamen edure: quod petit ille nega.
Fac timeat: speretq; simul quotiensq; remittes
Spes magis hinc veniat certa: minorq; metus
Munda sed e medio consuetaq; verba puelle
Scribite: sermonis publica verba placent
Ah quotiens dubijs scriptis exarsit amator:
Et nocuit formę barbara lingua bonę.

re. Quamuis vite careatis honore. quamuis sitis infames. Vestra pignora. vestras litteras. Nouo iuueni. nouo amatori. Sed tamen etnei. nouus inquit amator litteras amice seruat: quibus tanquam fulmine vtatur in puniendam amica. timet enim semper: ne iratus amator illas marito ostendat. Fulmen autem iccirco etneum appellatur: quoniam vulcano fulminum fabricatori mons etna sacer est: vt solinus scribit. vel a vicinitate. Docet enim seruius Vulcanum inter liparem et etnam officinam habere. vnde Virgilius dixit. Antra etnea sonant. Est concessa. est puellis data. Repellere fraudem. amantium scilicet: qui amice litteras seruant: vt eo timore seruitium patiantur. Multas figuras. multa et dissimilia elementa et litteras. Per quos. quorum causa hec moneo. Nisi deletis ceris. nisi deletis amantium litteris. Geminas manus. tuam et amantis epistolam. Femina dicatur. femina in litteris appellet se nomine amatoris. Illa sit in vestris. amator scribens se amicam dicat. Qui fuit ille. quemadmodum amica appellauit se nomine amatoris. Angue gorgoneo. serpente Meduse gorgonidum regine cuius capilli in angues mutati sunt vt dictum est. Gorgonum autem gens (vt Diodorus scribit) occidentem versus sita erat in extremis orbis finibus: aduersus quam perseus haud paruo certamine bellum gessit: tanta fuit earum mulierum virtus: vel potentia. Insulam quam incoluere hesperam vocarunt quia ad occasum sita sit. Gorgonidas tradunt quum vires auxissent. Iterum a perseo Iouis filio expugnatas: quum earum esset regina medusa. Postremo ab hercule et eas et amazonum gentem fuisse deletas. Sunt qui gorgones ab agilitate dictas putent.   enim agilem significat. I procul hinc dixit. Feminas itumescere minime debere exemplo palladis ostendit: que quum tibiam inflasset genasque vidisset tumescere: tibiam abiecit ipsa apud Ouidium in fastis ita dicente. Prima terebrato per rara foramina buxo. Vt daret effeci tibia longa sonos. Vox placuit. faciem liquidis referentibus vndis Vidi. et virgineas intumuisse genas. Ars mihi non tanti est: valeas mihi tibia dixi. Excipit abiectam ce

Fulmen Etneum

Gorgonum gens Hespera

Pallas tibiam abiecit

Sed quoniam quamuis vite careatis honore
Est vobis vestros fallere cura viros:
Ancille puerique manus ferat arte tabellas
Pignora nec iuueni credite vestra nouo:
Vidi ego pallentes isto terrore puellas
Seruitium miseras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem: qui talia pignora seruat:
Sed tamen etnei fulminis instar habet.
Judice me fraus est concessa: repellere fraudem
Armaque in armatos sumere iura sinunt.
Ducere consuescat multas manus vna figuras
Ah pereant: per quos ista monenda mihi:
Nec nisi deletis tutum est: rescribere ceris
Nec teneat geminas vna tabella manus.
Femina dicatur scribentis semper amator
Illa sit in vestris: qui fuit ille notis.
Sed licet a paruis animum ad maiora referre:
Plenaque curuato pandere vela sinu.
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores
Candida pax homines: trux decet ira feras
Ora tument ira: nigrescunt sanguine vene:
Lumina gorgoneo seuius angue micant.
I procul hinc dixit: non est mihi tibia tanti
Ut vidit vultus pallas in amne suos.
Vos quoque si media speculum spectetis in ira:

Cognoscet faciem vix satis illa suam.
Nec minus in vultu damnosa superbia vestro
Comibus est oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos (experto credite) fastus
Sepe tacens odij semina vultus habet.
Spectantes specta: ridenti mollia redde
Innuet acceptas tu quoque redde notas.
Sic vbi prelusit rudibus puer ille sagittis
Spicula de pharetra promit acuta sua.
Odimus et mestas: tegmessam diligat aiax:
Nos hilarem populum femina leta capit.
Nunquam ego te andromache nec te tegmessa rogarē
Vt mea de vobis altera amica foret.
Credere vix videor nisi cogat credere partus
Vos ego cum vestris concubuisse viros.
Scilicet aiaci mulier mestissima dixit
Lux mea: queque solent vbera iuuare viros.
Quis vetat a magnis ad res exempla minores
Sumere: nec nomē pertimuisse ducis?
Dux bonus huic centū cōmisit regendos
Huic equites illi signa tuenda dedit.
Vos quoque de vobis quē quisque erit aptus in vsum
Inspicite et certo ponite quemque loco.
Munera det diues: ius qui profitebitur: adsit:
Facundus causam sepe clientis agat.
Carmina qui facimus: mittamus carmina tantum
Nā chorus ante alios aptus amare sumus.
Nos fecimus placidi laute preconia forme.
Nomē habz nemesis: cynthia nomē habz.

spite ripa sua. Comibus oculis. leto aspectu. Innuet. nutum faciet. Puer ille. cupido. Rudibus sagittis. lenibus stimulis: quibus mutuo conciliantur amantes. Tegmessam diligat aiax. quia mesta erat. Nos hilarē populum. nos ex hilari turba letam etiam feminam volumus. Nunquam ego te andromache. Andromache quoque vxor hectoris: mesta erat. Lux mea. verba sunt quibus amātes vtuntur. vnde Propertius cynthiā crebro vitā: aut lucē appellat. Quis vetat a magnis. quis me vetat huiusce rei exēpla sumere a Tegmessa et Andromache ad mulieres ex vulgo: quasi designet cuiuslibet cōditionis feminas si sit mesta: non placere. Nec nomē pertimuisse ducis: nec huic rei obstare quod illa dux fuerit: in qua tristitia requiritur: perinde ac si diceret. que natura tristis est nō modo in rebus bellicis: sed etiam venereis semper noceret. Dux bonus. quia Tegmessa et andromache meste erant et horride: iccirco alteram Aiax prefecit centum equitibus: Alteram Hector signa militaria iussit tueri: hoc est pedestres copias ducere. Causam clientis. causā puelle. Cliens autem relatiuum est Patroni. Nemesis. Tibullus Deliam et Nemesim amauit dicente Ouidio in elegia: in qua deflet Tibulli mortem. Sic Nemesis lōngum: sic delia nomen habebunt. Altera cura recēs: altera primus amor. Cynthia. propertii amica Eam Hostiam appellatam fuisse scribit Apuleius in magia. Vesp

Delia Nemesis

Cinthia Hostia

occidentalis plaga. Lycoris. galli poete amica. Ouidi. Et sua cum gallo nota lycoris erit. Eam Citheridem appellatam fuisse seruius scribit. Nostra corinna. Corinne due fuerunt. Altera thebana: que scripsit epigrāmata: ⁊ lirica poemata: de qua Propsius. Et sua cū antique committit scripta corinne. Altera Thesbia: que a quibusdā Corinthia dicitur. Ouidi. amicam suam Corinnam appellauit: ab eruditione ⁊ forme elegantia; de qua ipse alibi ita scribit. Mouerat ingenium totam cantata per vrbem. Nomine non vero dicta corinna mihi. Lectus ⁊ vmbra. amor et ociū: aut scribendi locus. Sed facile hēm⁹. facile amore capimur Ualido estu. potenti amore. Ab arte placida. A studijs poeticis. Studio ingenuis artibus. Est deus in nobis. Idem ēt ostēdit plato de furore poetico his verbis. Nō. n. arte: sꝫ diuina vt ista dicunt. Nā si de vno quoqꝫ istoꝝ p artē recte loqui scirent: de ceteris quoqꝫ oībus idē possent: ob hāc vero cām de⁹ illis mētē subripiēs: ipis tāꝙ ministris vtitꝛ: oraculorūqꝫ nūcijs ⁊ diuinis vatibus: vt nos qui audimus: percipiamus non eos esse: q̄ tam digna referūt: quā sue mentis cōpotes minime sint. Sꝫ hec deū loqui: ⁊ per istos nobis hec inclamare. vñ nō immerito ennius sanctos poetas appellauit: vt scribit Cicero pro archia. Sunt ⁊ commercia. celi sunt ⁊ negocia: seu societates celi. Nā [vt ēt Plato docet] Homerus non de alijs rebus agit ꝙ de his que ⁊ alij poete tractāt. nōne multa: q̄ ad bellū pertinēt: ⁊ que ad ꝯsuetudines bonoꝝ inuicē: ⁊ maloꝝ: priuatorū atqꝫ opificū attinent: enarrauit. Et de dijs quēadmodum secū inuicē ⁊ cū hominibus versantur: deqꝫ celestib⁹ passionib⁹: progressibus. Itē que apd īferos sunt deorūqꝫ: ⁊ heroū generationes cecinit. cōmerciuꝫ aūt ꝓprie dr cōmutatio merciū: et accipitꝛ pro societate Lu. Aut q̊ lingue cōmertio quenꝙ ad cupiditatem descendi exuisset. ⁊ Sili⁹ Pacē seruāt cōmertia culpe. Uiso casse. cognit⁹ insidijs. Qui nup sēsit habenas. q̇ nūdū domit⁹. cōparib⁹ frenis. eq̄s habenis. Artificēqꝫ. equū domitū accipe: et q̊ designat nouū amatorem viso casse celeri⁹ aufugē ꝙ veterēꝫ: ⁊ q̄si domitū ab amica. Idē limes. eadeꝫ via. Nec stabiles aīos ānis. Militūꝫ amoris duo genera eē docꝫ.

Lycoris
Citheris
Corinne due

De⁹ i poetis

Poete habēt ꝯmertia cum dijs

Cōmercium

Uesper ⁊ eoe nouere lycorida terre
 Et multi: que sit nostra corīna rogant.
Adde quod insidie sacris a vatibus absunt:
 Et facit ad mores ars quoqꝫ nostra bonos.
Nec nos ambitio nec nos amor vrget habēdi
 Contēpto colitur lectus ⁊ vmbra foro.
Sed facile heremus: validoqꝫ vrimur estu:
 Et nimium certa scimus amare fide.
Scilicꝫ ingenium placida molitur ab arte
 Et studio mores conueniēt eunt.
Uatibus aonijs faciles estote puelle:
 Numen inest illis: pierides qꝫ fauent.
Est deus in vobis: sunt ⁊ commercia celi:
 Sedibus etbereis spiritus ille venit.
A doctis ꝓcium scelus est sperare poetis:
 Me miseruꝫ scel⁹ hoc nulla puella timet.
Dissimulare tñ nec prima fronte rapaces
 Esse: nouus viso casse resistet amans:
Sed neqꝫ rector equū qui nuper sensit habenas:
 Comparibus frenis artificemqꝫ regit.
Nec stabiles animos annis: virideqꝫ iuuentā
 Ut capias idē limes agendus erit.
Hic rudis: ⁊ castris nūc primū notus amoris
 Qui tetigit thalamos preda nouella tuos.
Te solam norit: tibi semper inhereat vni

Cingenda est altis sepibus ista seges:
Effuge riualem vinces dum sola tenebis
Non bene cum socijs regna venusqꝫ manent.
Ille vetus miles sensum ꝛ sapienter amabit
Multaqꝫ tyroni non patienda feret.
Nec franget postes: nec sceuis ignib⁹ vret
Nec domine teneras appetet vngue genas.
Nec scindet tunicas ve suas: tunicas ve puelle
Nec raptus flendi cau sa capillus erit.
Ista decent pueros etate: ꝛ amore calentes
Hic fera composita vulnera mente feret
Ignibus hic lentis vretur: vt humida teda
Ut modo montanis silua recisa iugis
Certioꝛ hic amoꝛ est: breuis ꝛ fecundioꝛ ille
Que fugiunt celeri carpite poma manu
Omnia tradentur portas reserabimus hosti
Ut sit in infida proditione fides.
Quod datur ex facili: longū male nutrit amoꝛez
Miscenda est letis rara repulsa iocis.
Ante fores iaceant: crudelis ianua clamēt
Multaqꝫ summisse multa minanꝫ agant.
Dulcia non ferimus: succo renouamur amaro
Sepe perit ventis obꝛuta cymba suis:
Hoc est vxoꝛes quod non patianꝫ amari
Conueniunt illas: quum voluere viri
Claude fores duro dicat tibi ianitoꝛ oꝛe
Non potes: exclusum te qꝫ tanget amoꝛ:
Ponite iam gladios hebetes pugnetur acutis
Non dubito telis quin petar ipse meis,

Alterum iuuenum. Alterum maioꝛ natu. quomodo antez cuz vtroqꝫ agendum sit: definat eleganter Ouidius Cingenda est. muniēda est. Altis sepibus. ne riualis ingrediaꝫ. Nō bene socijs regna. sic et Lucan⁹. Omnisqꝫ potestas. Impatiēs cōsoꝛtis erit Thironi nouo militi amoꝛis Franget postes. amice ianuam dicit. Raptus capillus. laniati crines ab amante. Humida teda. malefacta vel viridi. certioꝛ hic amoꝛ est. in maioꝛibus natu amoꝛ est certioꝛ. Breuis et fecundioꝛ ille. illuz dicit: qui est in iuuene. Carpite poma. fructuz colligite o puelle a Junioꝛibus antequam discedant a vobis. Omnia tradentur. a vobis iuueni amoꝛi. Portas reserabimus hosti. reconsiliabitur amanti et eum ante exclusum introducemus. Ut sit in infida: vt ostendatis eum amare: quū tamen ei sitis infide Ut sit fides. vt vobis adhibeatur fides. Quod datur ex facili. non semper intromittendum esse dicit amatoꝛem: ne quod ex facili dederis contemptum pariat. raritas enim consiliat rebus admirationem. Dulcia non ferimus. viri aspernantur qđ facile consequuntur. Renouamur ardentioꝛes. reddimur in amādo Suis ventis. nimium secundis. Dicat tibi ianitoꝛ. Maritum excludat ianitoꝛ. Pugnetur acutis. sitis vxoꝛes vestris viris difficiles Meis telis. Meis his pꝛeceptis Quin petar. quin

Dũ cadit in laqueos captꝰ ꝗ̃ nuper amator:
Solum se thalamos speret habere tuos.
Postmodo riualem partitaq; federa lecti
Sentiat: has artes tolle: senescit amor.
Cum bene fortis equus reserato carcere currit:
Quũ quos pretereat: quosq; sequatur habet.
Quelibet extinctos iniuria suscitat ignes:
En ego confiteor non nisi lesus amo.
Causa tñ nimium nesciat manifesta doloris
Pluraq; solicitus: q̃ sciat esse putat
Incitet ꝛ ficti tristis custodia serui:
Et nimium duri cura molesta viri.
Que venit ex tuto: minꝰ est accepta voluptas:
Ut sis liberior thaide: finge metus.
Quũ melius foribus possis: admitte fenestra:
Inq; tuo vultu verba timentis habe.
Callida prosiliat: dicatq; ancilla perimus:
Tu iuuenẽ trepidum quolibet abde loco.
Admiscenda tñ venus est secreta timori:
Ne tanti noctes non putet esse tuas:
Qua vafer eludi possit ratione maritus:
Quaq; vigil custos: ꝓteriturus eram.
Nupta virum timeat: rata sit custodia nupte:
Hoc decet: hoc leges: iusq; pudorq; iubẽt.
Te q; seruari modo quã vinditia redemit
Quis ferat vt fallas ad mea sacra veni.
Tot licz obseruent: modo sit tibi grata voluptas
Quot fuerant argo lumina: verba dabis.
Scilicet obstabit custos: vel scribere possis

ardendior fiam in amanda vxore. Dum cadat in laqueos. donec capiatur amore vestro: et teneatur irretitus. Postmodo riualem. docet quid seruandum sit ab amica. Postea q̃ diu amator cum ea versatus fuerit. Senescet amor. fiet debilior. Reserato carcere. apertis carceribus vnde equi erunpunt. Extinctos ignes. amores remissos. Suscitat. ascẽdit. vnde ꝛ Therẽtianũ illud. Amantium ire amoris reintegratio est. Causa tamen nimium. videndum esse ait: ne aperte videat amator ab amica riualẽ introduci. Pluraq; sollicitus. credat magis id ita esse: q̃ certi quicq̃ habeat. Ficti serui. qui simuletur a marito custodiende vxori prepositus. Incitet. stimulet amatorem ad amandum. Ut sis liberior. Thaide: que metu simulabat phedriam exclusisse: vt Thrasone pamphilam domo acciperet: vt est apud Therẽtium in eunucho. Admitte. amantẽ recipe. Admiscenda tamen. in eo timore. est tamen occulte venerisindulgendũ Qua vafer eludi. Docet decipiendum esse maritum: ꝛ custodẽ vxoris. Rata sit custodia. existimet se vxor habere custodes. Hoc decet virum timeri ab vxore. vel nuptã habere custodes. Te quoq; seruari. Libertinam feminã docet posse custodes fallere. Est autem vindicta virga qua serui libertate donabantur a pretore: a Vindicio appellata: vt Liuius docet. Quot fuerant argo lumina. centum eñ oculos habuit. Argus. quos caude pauonis iuno collocauit. Verba dabis. decipies.

vindicta

sumēde aq̄.hauriēde aq̄.quū possit sola.qūi lr̄as possit calceis celare.sub pede victo.sub pede calceo īduto.blādas notas.lr̄as amatorias.Cōscia tergū pbeat.q̄ vice charte adamātē scribas. Falet et humiduli. Docet lini viridis succo posse amicā ēt tuto scribere ad amantem. Acumine lini humiduli.acuta auena viridis lini quam scribebant amantes.postea carbonis puluere tacte littere:legebantur affuit acrisio. Custodes falli posse docet exemplis. Seruande puelle. Danaen dicit:quam pater Acrisius in turri enea clauserat. Fecit auum.quia Danae eius filia ex ioue perseum sustulit. Tot in vrbe theatra

Tria Theatra simul & Amphitheatrum scribit Strabo fuisse in eo campo:qui campo Martio adiacet:quibus in locis poterit esse puella sine custode. Quū spectet iunctos. Quum aspiciat ludos romanos: de quibus in primo diximus Quū sedeat pharie. Sacra isidis dicit que ex egypto romam translata fuerunt dicēte Lucano. Nos in templa tuam rōana accepimus isim. ea autem celebrabantur a romanis mulieribus castimonia multorum dierū pharie iuuence. Isidis que in vaccaȝ mutata ab egyptijs colebatur. Eam lunam esse scribit Diodorus: cuius sacerdotes lineis velamentis vtebantur: vt scribit apuleius. Vnde in primo Ouidius Isim appellauit deam ligeram. Operosa. dans operam Est enim operari alicui rei operā dare. Propersius. Cinthia iaȝ noctes est operata decem. Sistris. Sistrum crebra agitatōe argutuȝ erat multis crepitaculis circumsonantibus. vnde Papinius id multisonum appellauit. Apuleius in xi. met. ereis atq̄ argēteis immo vero aureis ēt sistris argutuȝ tinnitum constrepentes. Sue comites. alie matrone. Quum fuget. quum expellat. Oculos virorum. naȝ sacris bone dee nō licebat viros interesse. Propersius. Sacra bone maribus non adeunda dee. Preterq̄ si quos preter amantes. qui ad hec loca secuȝ ferebant: vt antea dictum est. Quū custode foris in balneis quoq̄ dicit posse amātem cū amica furtim iocari. Egrotet. simulet se male valere. Adultera clauis. externa clauis: quasi altera facta: sicut adulterinaȝ monetam appellamus: quam indocti falsaȝ dicunt. et Apuleius Auctorem adulterinum vocat. Adulte-

Isia

Operari

Sistrum

Adultera clauis

Adulterina

Moneta

Sumende dabitur quū tibi tempus aque
Conscia quuȝ possit scriptas portare tabellas
Quas tegat in tepido fascia lata sinu.
Quum possit solea chartas celare ligatas
Et vincto blandas sub pede ferre notas.
Cauerit hoc custos: pro charta cōscia tergū
Prebeat: inq̄ȝ suo corpore verba ferat.
Tuta q̄ȝ est fallitq̄ȝ oculos e lacte recenti
Littera: carbonis puluere tange leges.
Fallet & humiduli que fiet acumine lini
Et feret occultas pura tabella notas.
Affuit acrisio seruande cura puelle.
Hunc tamen illa suo crimine fecit auum.
Quid faciat custos: cū sint tot in vrbe theatra
Quum spectet iunctos illa libenter equos
Quum sedeat pharie sistris operosa iuuence
Quoq̄ȝ sue comites ire iubentur eat.
Quum fuget a templis oculos bōa diua virorū
Preter quos si quos illa venire iubet
Quum custode foris tunicam seruante puelle:
Celent furtiuos balnea multa iocos.
Quum quoties opus est fallax egrotet amica
Tollat & in lectum quemlibet illa suum.
Nōie quum doceat quid agatur adultera clauis
Quasq̄ȝ petes: non det ianua sola vias

Fallitur ⁊ multo custodis cura lyeo:
  Illa vel hispano lecta sit vua iugo.
Sunt q̃ꝫ que faciūt altos medicamina somnos
  Victaqꝫ lethea lumina nocte premāt.
Nec male delitijs odiosum conscia tardis
  Detinet:⁊ longa iungitur ille mora.
Quid iuuat ambiguas preceptaqꝫ pua monere
  Quū minimo custos:munere possit emi.
Munera:crede mihi placāt homineſqꝫ deoſqꝫ
  Placatur donis iuppiter ipse datis.
Quid faciet sapiens stultus q̃ꝫ munere gaudet:
  Ipse q̃ꝫ accepto munere mitis erit.
Sed semel est custos longū redimēdus in euū
  Sepe dabit:dederit quas semel ille manus.
Questus eram:memini:metuēdos esse sodales
  Non tangit solos ista querela viros.
Credula si fueris alie tua gaudia carpent
  Et lepus hic alijs exagitatus erit.
Hec q̃ꝫ que prebet lectum studiosa locumqꝫ
  Crede mihi mecum non semel illa fuit.
Nec nimiū vobis formosa ancilla ministret:
  Sepe vicem domine prestitit illa mihi.
Quo feror insanus:q̄d aperto pectore in hosteꝫ
  Mittor:⁊ indicio prodor ab ipse meo.
Non auis aucupib⁹ monstrat qua parte petaᷓ
  Non docet infestos currere cerua canes.
Viderit vtilitas:ego cepta fideliter edam
  Lemniaduꝫ gladios in mea damna dabo.
Efficite ⁊ facile est:vt nos credamus amari

rā etiā mulicreꝫ appellam⁹ q̃ adulterū cōmittit. Nomine quū doceat aut noie adultera hoc est quam appellam⁹ adulteram: aut doceat noie ipso:quo adulterā factā significari dixim⁹ q̄si ⁊ ipa possit nobis furtiꝫ ianuā recludere. ianua sola. q: sunt ⁊ fenestre. Illa vl' hispano lecta sit vua iugo. Laletana ꝓuincia ē hispanie:que vinū pessimum mittebat Martialis. Et caupone tibi fex laletana petatur. potes inquit Ouidius multo vino vel pessimo ianitori somnum inducere: aut certe optimo vino qd̊ ēt nascebaᷓ in hispania ianue prefectum euincēdū eē dicit. nā Pli. scribit i hispania Julitana vina copia nobilitari. Elegātia vero Terraconēsia:atqꝫ auroēsia. ⁊ Balearica ex isulis ꝯferūtur italie primis. Sūt quoqꝫ que faciāt. Medicamia eē dicit q̄bus possint puelle custodes somno afficeᷓ Lethea nocte obliuioso ⁊ ꝓfūdo somno quē aque lethee inducūt Vir. Ecce de⁹ ramū letheo rore madentē Viqꝫ soporatum stigia super vtraqꝫ quassat. Tpa. Quū minio custos. id ēt docet Apuleius libro. ix. met. de quodam Myrmece Questus eraꝫ. Admonet metuēdas esse equales:ne amatores relicta aīca illas amēt. Et lepus hic. hec preda Hec q̃ꝫ q̄ prebet lectum. Metuendā quoqꝫ esse eam dicit:quum tibi locū prebuit vbi cū amatore coisti. Mecuꝫ non semel illa fuit. eam eīn̄ cōpressi. Quod item poterit fieri a tuo amatore. Vicem domine. quia cū illa rem habui loco dn̄e. In hostē mittor. apiendo cōsilium feminis que tanq̄ hostes viris insidiātur Aperto pectore. apertis et nudis cōsilijs. Viderit vtilitas. q̄si dicat post habenda est vtilitas hominū ꝓceptis:que feminis dam⁹. Lēniadū gladios. artes muliebres: q̄b⁹ contra viros vtunᷓ tanq̄ gladijs lēniades q̄ vna nocte viros trucidaᷓt. Dolor ⁊ de pellice fiet⁹ q̄ vir amore alt⁹ feie teneaᷓ. ⁊ laniet digitis ꝓlia puellarū cū amantibus designat. Horatius. Nos prelia

Laletana
Laletanū vinum
Vinum hispanum

Prona venit cupidis in sua vota fides
Spectet amabilius iuuenem: et suspiret ab imo:
Femina: tam sereno cur veniatq; roget.
Accedant lachryme: dolor: et de pellice fictus:
Et laniet digitis illius ora suis.
Jam dudum psuasus erit: miserebitur vltro
Et dicet: cura carpitur ipsa mei
Precipue si cultus erit: speculoq; placebit:
Posse suo tangi credat amore deas.
Sed te: quecunq; es moderate iniuria turbet
Nec sis audita pellice mentis inops.
Nec cito credideris: quantũ cito credere ledat:
Exemplum vobis non leue procris erit.
Est prope purpureos colles florẽtis hymeti
Fons sacer: et viridi cespite mollis humus.
Silua nemus non alta facit: tegit arbut' herbam
Rosmaris: et laurus: nigraq; myrtus olent
Nec densum folijs buxum: fragilesq; myrice
Nec tenues cytisi: cultaq; pinus abest.
Lenibus impulse zephiris: auraq; salubri:

Procridis Fabula — virginum. Sectis in iuuenes vnguibus acrium. Procris erit. Pocridis Erichthei athenarum regis filie fabulam narrat quã et in septimo met. plenius exequit. Florentis hymeti. vestitur. n. semper floribus.

Hymetus — Hymetus mõs attice melle celebratus: et effossione marmor: vt Strabo scribit. vnde Plinius scribit columnas quattuor hymetij marmoris adamscen ornandam aduectas fuisse.

Rosmaris seu libanotis — Rosmaris. Rosinaris et a Plinio libanotis appellatur.

Laurus — Et laurus. Laurus vt Diodorus docet ab apolline inuẽta ẽ. ob idq; ei cõsecrata fertur. Triũphis dicata erat gratissima lanitrie domibus cesarũ atq; põtificũ: dicente Ouidio in met. Tu ducibus letis aderis. quũ leta triumphum Vox canet: et lõgas visent capitolia põpas. Postibus augustis eadem fidissima custos Ante fores stabis: mediãq; tuebere quercũ. et in tristibus. Cui tamen apposita velatur ianua lauro. Cingit et augustas arbor opaca comas. An q: perpetuos meruit domus ista triumphos. An q: leucadio semper amata deo. Ipsa ve q: festa ẽ: an q: facit oia festa. Quã tribuit terris pacis an ista nota est? Utq; viret laurus semper: ne frõde caduca Carpitur eternum sic habet illa decus. Cur autẽ lauro in triũphis honos fuerit docet plinius li. xv.

Myrt. et eius genera — Nigraq; myrtus. Myrtus arbor est veneri dicata. Virg. Formose myrtus veneri. Eius genera tria prodidit. Caro candidam. Nigram Coniugalem. hec postrema ita appellatur: q: coniugijs dicata sit et a grecis agia dicitur. Catull. Floridis velut enitẽs Myrtus agia ramulis.

Buxus — Et densum folijs buxum laus est arboris que quinto est dẽ fior folijs: tanto pulchrior videtur et topiario operi magis apta.

Cytorus — Buxus autem plurima nascebatur in cytaro mõte paphlagonie: vt Solinus scribit. Virgil. et iuuat vndantem buxo spectare cytorum. Buxus etiam plurima nascebatur pyreneis mõtibus: ac herecyntio tractu vt Plin. docet.

Myrice — Fragilesq; myrice. Myrice vt Seruius scribit virgulta sunt humilima. Virg. Non oẽs arbusta iuuãt humilesq; mirice. scribit Pli. Myricẽ fruticẽ nasci in italia: et Tamaricẽ ab alijs appellari.

Cytisus — Nec tenues cytisi. Cytisus frutex est miris laudibus celebratus ab Antinomacho athemensi pabulo ouium. Aridus etiã suum. eo letior est satietas: et per quã modico pinguescũt quadrupedia: ita vt iumẽta ordeũ spernãt: nõ et alio pabulo latis maior copia: aut melior. Super oia pecorũ medicina a morbis omni vsu prestãte: ideo nutricibus in defectu lactis aridũ. atq; in aqua decoctum potui cũ vino dari iubet: et firmiores celsioresq; infantes fore. Cytisus autem in cytiso insula primũ inuẽtus. unde in oẽs cycladas: mox in vrbes grecas trãslatus magno casei prouentu: ratum hunc fruticẽ in italia fuisse Plinius scribit.

Pin. culta — Cultaq; pinus.

Tot generū frondes: herbaq3 summa tremit.
Grata quies cephalo: famulis canibusq3 relict?
Lassus ī hac iuuenis sepe resedit humo.
Queq3 meos releues estus cantare solebat
Accipienda sinu mobilis aura veni
Cōiugis ad timidas aliquis male sedul? aures:
Auditos memori detulit aure sonos.
Procris vt accepit nomen quasi pellicis aure
Excidit: ꝛ subito mota dolore fuit.
Palluit: vt sera lectus de vite racemus:
Pallescunt frondes: quas noua lesit hyems
Queq3 suos curuāt matura cydonia ramos
Cornaq3 adhuc nostris nō satis apta cibis
Atq3 animus rediit: tenues a pectore vestes
Rumpit: ꝛ indignas sauciat vngue genas
Nec mora per medias sparsis furibūda capill?
Euolat vt thyrso concita baccha vias.
Ut prope ꝑuentu3 est: comites in valle reliquit
Ipsa nemus tacito clam pede fortis iuit.
Quid tibi mentis erat: quū sic male sana lateres
Procri: quis attoniti pectoris ardor erat.
Iamiam venturā quecūq3 erat aura putabas:
Scilicet atq3 oculis proba videnda tuis.
Nunc venisse piget: neq3 eni deprendere velles
Nunc iuuat: incertus pectora versat amor
Credere que iubeant locus est: ꝛ nomē ꝛ index
Et quia mens semper: quod timet esse putat
Uidit vt oppressa vestigia corporis herba
Pulsantur tepidi corde micante sinus

aut pomis ornata: aut cultam ap̄pellat ad differētiā pinastri: hoc ē pinus siluestris: que [vt Plinius doc3] est mire altitudinis: et a medio ramosa. sicut pinus in vertice que hanc ob causam ab Ouidio in vltimo met. Succincta appellatur quasi cincta ꝛ alligata videat densis ꝛ ramosis brachijs a vertice in altum tendētibus: vt in enarratiōibus nostris in Ouidiū met. docuim?. Mobilis aura. agitabilis vento. Cōiugis ꝑfidis Auditos sonos: auditam vocem: quia auram vocabam. Quasi pellicis. credidit enim auram vocatam nō ventum esse: sed pellicem Ut sera lectus de vite racemus: vt esse solet vna maturior ꝛ serius collecta. palescūt frōdes vt pallēt frōdes. noua hiēs. na3 extrema ꝑte autūni adueniēte hieme folia decidūt ex arborib?. Uirgilius. Qua3 multa in siluis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia. Scribit plinius pluribus arboribus folia cadere autumno: quasdam tardi? amittere: atq3 in hiemes ꝑrogare moras. Decidere. Tymeus Mathematicus sole scorpionem transeunte sideris vi vt quodam veneno aeris putat. Matura cydonia Mala ea que a nobis vocantur Cotonea: a grecis vero cydonea ex creta insula aduecta dicuntur. Incuruatos trahunt ramos prohibentq3 crescere eorum parentē. plura eorum genera ponuntur a Plinio libro. xv. Non satis apta. nondum matura. Ut thyrso concita baccha Trieterica noctu celebrabantur: ad que bacche concurrebāt passis per colla capillis. portabant aute3 hastram Pampinis inuolutam: quam thyrsum appellabant: cingebantq3 caput virginea corona dicente Ouidio. Nocte sua est agressa domo regina: deiq3 Ritibus instruitur: furialiq3 accipit arma. Uite caput tegitur lateri ceruina sinistro.

Succicta pineta

Casus foliorum Autūno

Cotonea cydonia

Trieterica

Tirsus

Vellera dependent humero leuis incubat hasta. Locus est quo veniebat cephalus. Et nomen aure. Et inde ex accusator cephali et aure. Tenues contraxerat vmbras. quia sol tunc erat ardentissimus: et tenuiores vmbre videbantur. Inque pari spacio. Medium diem per diuersa verba designat. Ecce redit cephalus proles cyllenia. Cephalus in met. ab Ouidio coli. Strabone Deionei filius fuisse fertur: qui ex athenis profugus ab amphitrione dulichium accepit: ab eoque postea insula Cephalenia est appellata. cur autem ab Ouidio proles cyllenia dicatur: docet Strabo in decimo his verbis. Nec vero.

Cephal⁹

Cephal⁹ proles cilentia

Hellanic⁹ Homero cōcordat Dulichium cephaleniam nuncupans Illud enim sub megete fuisse perhibetur: sicut et Echinades relique. Eius autem. Inquilini Epei sunt dicti ab Elide profecti. Quāobrē ortum cyllenia de gente phillei socium magnanimorum ductorem Eporū vocat. Ergo ab Otocylenes Eleorum emporii olim incola et ductore eporum: qui dulichium incolebant quod postea Cephalus tenuit: dict⁹ est Cephalus proles cyllenia. ꝙ autem cyllene sit. Eleorum emporium docet Strabo in. xviij. Hic locus pectus meum. A cephalo vulnera semper habet. prius enim solicita eram: ne captus esses aure amore nunc vero me iaculo fixisti. Te positam. te super iniectā: quasi dicat sepulta minus sentiam mortis dolorem: quoniam aure suspitione leuata sum. In auram. inventum Sequitur autem Ouidius eos q̄ animam aerem esse dicunt et in materiam suā redire autumant. Sic Virgilius. Atque inuentos vita recessit. Chara lumina conde manu scribit plinius moriētibus oculos operire rursusque in rogo patefacere quiritium magno ritu sacratum fuisse. Ita more cōdito vt neque ab homine supremum eos spectari fas est: et celo nō ostendi nephas. solebant aūt propinquiores mortuorum oculos claudere. Ouidius. respice laertem vt iam sua lumina condas. Extremum fati sustinet ille diem. Sed repetamus iter. a diuerticulo ad rem redeamus. Nudis rebus. apertis verbis et exemplis. In conuiuia ducam. vt doceā quomodo cenandum sit apud amicam. Posita lucerna. quia indicio

Propinquiores mortuis oculos claudebant

Jamque dies medius tenues cōtraxerat vmbras

Inque pari spacio vesper et ortus erat

Ecce redit cephalus proles cillenia siluis

Oraque fontana feruida pulsat aqua.

Anxia procri lates: solitas iacet illa per herbas

Et zephiri molles auraque dixit ades

Ut patuit misere iocundus nominis error

Et mens et rediit verus in ore color.

Surgit et appositas agitato corpore frondes

Mouit in amplexus vxor itura viri

Ille feram sonuisse ratus iuueniliter arcum

Corripit in dextra tela fuere manu.

Quid facis infelix: non ē fera supprime tela:

Me miserum iaculo fixa puella tua est.

Hei mihi conclamat fixisti pectus amicum

Hic locus a cephalo vulnera semp habet.

Ante diem morior: sed nulla pellice lesa

Hoc faciet positam te mihi terra leuem.

Nomine suspectam mihi spiritus exit in auram

Jam morior chara lumina conde manu.

Ille sinu domine morientia pectora mesto

Sustinet: et lachrymis vulnera sceua lauat.

Dixit et incauto paulatim pectore lapsus

Excipitur miseri spiritus ore viri.

Sed repetam⁹ iter: nudis mihi reb⁹ agēdū est: vs:

Ut tangat portus fessa carina suos
Scilicet expectas: vt te in conuiuia ducam
Et queris monitus hac q̄ꝫ parte meos:
Sera veni positaq̄ꝫ decens incede lucerna
Grata mora venies maxima lena mora est.
Et si turpis eris formosa videbere cunctis
Et latebras vitijs nox dabit illa tuis.
Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neue diu presume dapes: sed desine citra
Quam cupias paulo: quam potes esse minus.
Priamides helenen auide si spectet edentē
Oderit: ꝛ dicet stulta rapina mea est.
Aptius est: decet atq̄ꝫ magis potare puellas
Cum veneris puero non male bacche facis
Hoc q̄ꝫ quaꝫ patiens caput ē: aīusq̄ꝫ pedesq̄ꝫ
Constant nec que sint singula bina vide.
Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo
Digna est concubitus quoslibet illa pati.
Nec somno tutuꝫ est posita succumbere mensa
Per somnos fieri multa pudenda solent.
Ulteriora pudet docuisse: sed alma dione
Precipue nostruꝫ est quod pudet inquit opꝰ
Nota sibi sit queq̄ꝫ: modos a corpore certos
Sumite: non omnes vna figura decet
Que facie precingis erit: resupina iaceto.
Spectetur tergo: cui sua terga placent.
Mimalion humeris atlante crura ferebat
Si bona sunt hoc sunt aspicienda modo

forme obstant duo: nox scilicet et ebrietas. Maxima lena. maxima cōsiliatrix quasi quedam lena. Tuis vitijs. tue turpitudini. Neue nimis presume dapes. nec corā amatore nimium edendo dapes absumas. Sed desine citra. Ordo est Sed desine esse paulo citra q̄ꝫ cupias: et desine esse paulominus q̄ꝫ potes. Esse autem infinitus est: ab edo verbo deductum non a sum. Suetonius in tiberio. Quasi biberent quando esse nolent. Nō male facis. Non discrepas. Hoc quoq̄ꝫ vide. subaudi animusq̄ꝫ pedesq̄ꝫ. Constant. quantum mens ꝛ pedes a vino sint illesi. Nec que sint singula nec que sola sunt duo videatur quod ebrijs accidit. Turpe iacens mulier. que temulēta se sternit et dormit. Pati quoslibet concubitus. cum humilimo quoq̄ꝫ coire tanquam vilissimum scortū Multa pudenda. Ut stertere. Ulteriora pudet. erubesco ea dicere que in coitu fieri debent. Alma dione. Alma venus. Una figura. vnus coeundi modus. Sunt eniꝫ multi quos poeta describit. Spectetur ergo id ꝛ cetera huiusmodi interpretetur venus: nos q̊niā nimis est obscenum silentio preteribimus. Thebais. Andromache filia. Cetionis thebarum in cilitia regis Ut phillcia mater tanq̄ꝫ q̄ bacchi sacra celebrans: demittit capillos per colla. Ouidius in faustis. Ut quas audire solemꝰ. Threicias fusis menades ire comis. et Amata Uirgiliana ita loquitur. Soluite crinales vitas. capite orgia mecum. a Phylla auteꝫ Magnesie oppido baccham phylleaꝫ appellauit Ouidius. scribit etiam Phylla vnde

Parua vehatur equo: quod erat longissima nunq̄

andromache hectoris

Thebais hectoreo nupta resedit equo.

Strata premat genibus paulū ceruice reflexa

Femina per longū conspicienda latus

Cui femur est iuuenile: carēt q̄ pectora menda:

Stet vir in obliquo fusa sit illa thoro.

Nec tibi turpe puta crinem: vt phylleia mater

Soluere ⁊ effusis colla reflecte comis.

Tu q̄ cui rugis vterum lucina notauit

Ut celer auersis vtere parthus equis.

Mille modi veneris simplex minimiq; laboris

Cuum iacet in dextrum semi supina latus.

Sed neq; phebei tripodes: nec corniger ammon

Uera magis vobis: q̄ mea musa canet

Si qua fides arti quam longo fecimus vsu

Credite prestabunt carmina nostra fidē

Sentiat eximis venerem resoluta medullis

Femina: et ex equo res iuuet ista duos

Nec blande voces iocundaq; murmura cessent

Nec taceant mediis improba verba iocis.

Tu q̄ cui veneris sensum natura negauit

Dulcia mendaci gaudia finge sono.

Infelix cui torpet hebes locus ille puella

Quo pariter debent femina virq; frui

Tantum cum finges: ne sis manifesta caueto

Effice per motum: luminaq; ipsa fidem

Quod iuuat ⁊ voces: ⁊ anhelitus arguat oris

Ah pudet arcanas pars habet illa notas

Gaudia post veneris que possit mun⁹ amantem

Phyle i⁹ declinat

Strabo a phylo thessalie oppido phyllei apollinis phanum eē appellatum. Cui rugis vterum lucina notauit. cui partus vterum signauit. habent enim post partus femine rugosum corpus. Sane lucinā deā part⁹ pro ipso ptu posuit. Ut celer auersis. post peractam rem venereā: te subtrahas celeriter ⁊ auertas: vt parthi fugientes faciunt ne corporis ruge videantur. de parthorū fuga satis dictum est superius. Sed neque phebei tripodes. Tripodes (vt Seruius docet) erant mense in templo Apollinis delphici: quibus superposite phebades vaticinabantur. Nec corniger ammō

Tripodes

Ammonē dicit: qui in cirenaica regione colebatur ⁊ dabat respōsa Nam Dionysius (vt Diodorus scribit) ⁊ templum patri ⁊ vrbem condidit honoresq; vt deo impēdit quosdam instituens: qui haberent diuinationis curam. Ammō autē lingua egyptia iuppiter dicebatur. Sed (vt tradit Herodotus) corrupto nomine ab afris: Ammon dict⁹ est. Corniger autē ideo appellatur: quoniā Ammō galea in bello vsus est: cuius insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum asserant naturā in vtroq; tēpore paruula habuisse cornua: propterea eius filium Dionysiū eodē fuisse aspectu posterisq; traditū deū hunc cornua gestasse. hec Diodorus. Seruius tamen i quarto eneidos fabulā aliter narrat. Templi Ammonis meminit etiam solinus: Trogus: ⁊ Plini⁹

Ammon

Corniger Ammon

Et equo. vt ambo pariter soluantur in venerem. Ueneris sensum eā dicit que in venerē natura frigior est. Mēdaci sono. voce simulata qua quidam in coitu vtuntur Per motum. per corporis agitationē. Luminaq; ipsa. per oculos ipsos. quomodo autem id fiat docet Iuuenalis eo versu Oculosq; in fine trementes. ⁊ Persi⁹. patranti fract⁹ ocello. Gaudia post veneris. post peractū munus venereū. Que possit munus aman

tem. que petit ab eodem officium coeundi. Habere pondus. effectum habere: quia tunc non poterit. hanc igitur ob causam puella simulet se pariter eum amante solutam esse in venerem etiaʒ si non fuerit. Latet aptius. commodius celatur. Lusus. opus meuʒ. Cycnis discedere tempus Cycnus vir fuit: qui post phetontis casum in auem sui nominis mutatus est: vt docet Ouidius in met. ⁊ maro in decimo. latine Olor appellatur: vt Higynius scribit. Dicũtur autem olores veneris currum vehere. Papinius Amycleos ad frena citauit olores. ⁊ Ouidius in met. Vecta leui curru medias citherea p auras Cypron olorinis nonduʒ peruenerat alis. sunt etiam cicni [vt i tusculanis scribit Cicero] Apollini dicati q ab eo diuinitatem habere videantur: quia preuidentes quid in morte boni sit: cum cantu ⁊ voluptate moriantur. vnde nõ immerito poeta: qui est in tutela Apollinis: ⁊ cecinit res veneris: ab auibus vtriq numini dicatis: vectum se fuisse dicit. Sane currum veneris non modo olores ducunt: sed etiam columbe. Claudianus. Venus hic iuecta columbis Apuleius q in sexto met. lepidissime docet quattuor candidas columbas picta colla torquentes iugum veneris gemmeum subire: ⁊ currum dee prosequentes gannitu constrepenti lasciuire passeres ⁊ ceteras que dulce canticant aues malleis modulis suaue resonãtes aduentũ dee pronũciare. Spoliis. exuuiis amantum.

Cycni fabula

Olor

Currus veneris

Illa suas nolit pondus habere preces.
Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris
Aptius in vestro corpore multa latent.
Lusus habet fineʒ: cycnis discedere tempus
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Ut quondam iuuenes ita nũc mea turba puelle
Inscribant spoliis naso magister erat.

P. Ouidii nasonis de arte amandi. Finis.

Finis.

Bartholomei merulae enarrationes in primum Ouidij volumen de remedio amoris.



P. Ouidij nasonis de remedio amoris. Liber primus incipit.



Legerat huius amor titulum nomenq̃ libelli
Bella mihi video: bella parantur ait.
Parce tuum vatem sceleris damnare cupido:
Tradita qui totiens te duce signa tuli.
Non ego tidides a quo tua saucia mater
In liquidum redijt ethera martis equis.
Sepe tepent alij iuuenes ego semper amaui
Et si quid faciam nunc q̃ queris: amo.
Quin etiam docui: qua posses arte parari:
Et quod nunc ratio est: impetus ante fuit.

Legerat hui⁹ amor titulum: nomē q̃ libelli. Scripturus de remedio amoris Ouidius: primo se excusat Cupidini: ostenditq̃ nō ei aduersari velle suis preceptis: sed his se opem ferre paratum esse: qui adeo impatienter amant: vt quandoq̃ necesse sit nimio amore: vt laqueo: aut ferro: aut alia via vitam finire: qđ quidem alienum esse dicit a cupidinis regnis: qui amantum lachrymis tātūmodo contentus Citra morem iocari solet. Deinde allatur⁹ poeta remedia amantibus medicine ⁊ poetarū presidem apollinem inuocat. Tum demum narrationē ⁊ opus in duos libellos digestum exequit. Titulum Indicem. Dicitur autem Titulus a tuendo: quasi titulus: q̃ tueatur op⁹ auctoris

Titulus

Martialis. Unum de titulo tollere iota potes. Nomēq̃ libelli. qđ est de remedio amoris. Tuum vatem. qui res lasciuas canūt. Vates etiam cupidinis ⁊ veneris esse dicūtur. vnde apud papiniū cupido de stella poeta ita venerem alloquitur. Hic tibi plectra dedit: mitisq̃ incedere vates Maluit: ⁊ nostra laurum subtexere myrto. Agathō quoq̃ in platonis cōuiuio scribit amorē esse adeo sapientem vt alios quoq̃ poetas possit efficere. Quilibet enim licet antea rudis poeta euadit: quum primū amor efflauerit. Sceleris damnare. credēdo bella a me parari in te: cui⁹ ductu ⁊ auspicijs sepenumero pugnaui. Non ego tydides. non soleo ego pugnare contra te: aut matrem venerē: vt olim Diomedes: qui [vt in quinto iliados scribit Homerus] venerē inter frequentiam bellantium secutus propere atq̃ assecutus: per Ambrosium Peplum: quē ipse charites elaborauerāt: immissa lancee cuspide percussit: extremitatēq̃ tenere manus facile ad volam vsq̃ transfodit: quo ex vulnere celestis sanguis humorq̃ qualis e diuinis corporibus solet emanant. quippe nec fruge vescuntur dij: nec vinū potant: eoq̃ exangues sunt: ⁊ immortales nominantur. In liquidum redijt ethera martis equis. Venus enim a Diomede vulnerata martē his verbis Orauit. Suscipe me frater suauissime: cōmodaq̃ mihi parūper equos tuos: vt ī celeste domiciliū deorum pergā. Atroci namq̃ cruciatu conficior saucia ferocissimi Diomedis manu: qui etiā [que sua audacia est] cū ioue ipso pugnaret. Sic locuta: exoratisq̃ eq̄s mestitia grauis ī currū ascendit: ⁊ aurigāte Iri: equosq̃ sua sponte rabidos: et verberibus addere cursum vrgente in vastū olympū continuo perlata est. Tepent. frigent. Plautus. Hic homo factus est tepidior aut certe tēperate amant. Tepidum enim dicitur mediū inter calidū ⁊ frigidū Oui. i met. Tepidiq̃ rosarea pesti. Qua posses arte parari. quō posses cōciliari amātib⁹. designat aūt libros art̄ amatorie. Et quod nunc ratio est: ⁊ nūc quod rōne agit in remedijs amori afferendis. Est ei ratō gerendorū ordo ex causa veniētiū: vt q̄d quo loco facias: ac dicas intelligas. Causa vero ē ai impulsus ad aliquid agendū. Impetus ante fuit. antea enim in preceptis amatorijs vsi sumus impetu ⁊ quasi cursu incerto: potiusq̃ rōne. Nec prodimus, nec tanq̃ proditores oppugnamus,

Cupido poetas efficit

Venus vulnerata a diomede

Ven⁹ vulnerata in celū rdijt

Tepidum

Ratio

Causa

Nostras artes. nostra amatoria precepta. Retexit. destruit. Feliciter ardet. si feliciter amat. Et vento nauiget ille suo. & amare pergat. Male fert. egre patitur. Regna: imperia & iussa. Indigne puelle. vilis amice: & non digne illis regnis. Ne pereat. ne cōficiatur amore. Nostre artis. nostrorum preceptorum. Nodatus collum. habens collum ligatum. Est autē Sinecdoche nota figura. Triste onus. lugubre & infelix pondus. Habes inuidiā cedis. habes odium mortis: quia amore illum periisse intelligunt. Nisi desierit. nisi flagranti amori destiterit indulgere.

Nec te blande puer: nec nostras prodim⁹ artes:
Nec noua preteritum musa retexit opus.
Si quis amat: quod amare iuuat: feliciter ardet
Gaudeat: & vento nauiget ille suo.
At si quis male fert indigne regna puelle:
Ne pereat: nostre sentiat artis opem.
Cur aliquis laqueo collū nodatus amator
A trabe sublimi triste pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro
Inuidiam cedis pacis amator habes.
Qui nisi desierit: misero periturus amore est
Desinat: & nulli funeris auctor eris.
Et puer es: nec te quicq̄: nisi ludere oportz
Lude: decent animos mollia regna tuos.
Nam poteras vti nudis ad bella sagittis
Sed tua mortifero sanguine tela carent.
Vitricus et gladiis et acuta dimicet hasta
Et victor multa cede cruentus eat.
Tu cole maternas tuto quibus vtimur artes
Et quarum vitio nulla fit orba parens.
Effice: nocturna frangatur ianua rixa
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtiz iuuenes: timideq̄ puelle
Verbaq̄ dent cauto qualibet arte viro.
Et modo blanditias: rigido modo iurgia posti

Desinat. amare desistat meis p̄ceptis. Mollia regna. lasciua & innoxia imperia: quibus prefect⁹ es. Poteras vti. poteras armari & pugnare: si voluisses: vt amātes interirēt. Nudis sagittis. vel expromptis ex pharetra. vel non occulto. sed aperto marte. Sed tua mortifero. ideo nō pugnas nudis sagittis: quia spicula tua non sunt letifera. Vitric⁹ & gladiis. Martem designat: quē Diodorus scribit primū fabricatis armis armasse milites: pugnandiq̄ ac certādi morem induxisse: eos qui diis aduersi essent interficientē. Eundē etiam Homerus refert inter oēs celestes ioui esse maxime inuisū quem nihil iuuat. nisi rixe: nisi pugne: nisi bella. vere reddentem ingenium Junonis ferox. vastum: contumax: & malignum. Vitric⁹ autem [vt modestinus Jurisconsultus scribit] appellatur matris vir ex alio viro natis. Mars enī Vitricus dicitur Cupidinis: quoniam eo venus mariti Vulcani loco abutebatur. Maternas artes. iocos veneris matris. Quibus tuto vtimur. Quibus nos amantes vtimur sine mortis periculo. Et quarū vitio. & eas artes colas sub audi. Nulla fit orba parens. nulla mater liberis priuatur. Nocturna frangatur ianua rixa. Exclusi enim proterui amantes noctu feriebant amice fores crebris ictib⁹ vt antea diximus. Et tegat ornatas. noctu etiā amantes foribus coronas figebāt. aut in limine relinquebant. vnde in secūdo d̄ arte ita precipit Ouidius. Postib⁹ et dure supplex blandire puelle. Et capiti demptas in fore pone rosas. Et Propersius. Et mihi non desunt turpes pendere corolle. Et modo blanditias.

Mars et ei⁹ inuētū

Vitricus

sic Tibullus ianuam execrando inquit. ianua difficilis domine te verberet imber. Te iouis imperio fulmina missa petant. et paulopost blanditijs vtitur: quum inquit. Et mala siqua tibi dixit dementia nostra Ignoscas: capiti sint precor illa meo. Et exclusus flebile cantet amans. Exclusus amator flebili cantu queratur: vt facit Ouidius in ea elegia: que sic incipit. Janitor indigne dura religate catena. Nec tua fax. facem intelligit: qua cupido amantes vrit. Rogos auidos. cupidam mortem et optatam ab amantibus. Amor aureus. pulcher cupido. Gematas alas. gemas imitantes. radiantes. Martialis miraris quotiens gemmantes explicat alas. Et Papinius. Que sup imposito moles gemata colosso. Propositum op. libros de remedio amoris. Quos suus ex oi. quos suus amor penitus destituit. Vuln. opemque feret. Vulnus intelligit precepta amatoria: opem vero remedium amoris. Vulnus achilleo. Telephus [vt in quito scribit Diodor.] filius fuit herculis et auges filie Alei regis arcadie: qui inter virgulta inuetus: quia cerua exhibito vbere nutrit. sit Telephi nomen accepit. Hic donat. a pastoribus coryto thessalie regi: a quo vt filius educatus: vir factus matrem inuestigans delphos venit: responsoque accepto vt in mysiam nauigaret: ad Teuthrantum rege inueta matre: cognitoque cuius eet filius: magno in honore e habitus Teuthrantus virili stirpe carens: Argiopen filiam Telepho desponsdit: eumque reliquit regni successore. Greci deide ignorates iter ad troiam: in Mysia per errore peruenerunt contra quos Telephus in pugnam descedens: insequensque olyssem cecidit ibique ab achille: qui imminebat vulneratur: et quum respodisset oraculum. Telephi vulnus sanari no posse: nisi iterum ab achille eodem in loco vulneraretur: in greciam nauigauit: quo ex mysia greci redierant: promisitque achilli in premium sanati vulneris se ducem futurum ad littus troianum: ac ita sanatus est dicente Ouidio in met. Ego Telephon hasta Pugnantem domui: victu orantem que refeci. Sane iccirco fingitur Telephus eadem hasta ictus ab achille esse sanatus: quonia ferri rubigine vsus sit. cuius vis est ligare sic care: restrigere: vt Plinius docet in. xxxiiij. Claudian. tm Telephum scribit ab achille sanatu esse virtute herbaria: cuius cognitionem a chirone centauro didicerat. Ita enim canit. Sanus achileis remeauit telephus herbis Cuius pertulerat vires et sensit in vno Letbalem placidamque manum medicina per hostem Contigit: et pepulit quos fecerat ipse dolores. Pelias hasta. hasta thessala: a pelio mote thessalie: vel a peleo. Achillis patre. Fuit aute ex Fraxino: vt docet Home. li. xvij. iliados. Stra. in decimo: et Pli. i. xv. Sed quecunque viris. Profitetur poeta se hec precepta tam viris quam puellis tradere. Ad vestros vsus. Quia multa dicet agenda a viris: que no decent puellis. Attame exeplo. Exemplo preceptorum: que viris dabuntur: poterut et femine quid agendu sit intelligere. Utile ppositu est. est vtile institutu. Seuas

Gematus

Telephi historia

Cur Telephus eade hasta dici t sanatus

Hasta Achillis

Dicat: et exclusus flebile cantet amans.
His lachrymis contentus eris sine crimine mortis
Nec tua fax auidos digna subire rogos.
Hec ego: mouit amor gemmatas aureus alas
Et mihi propositum perfice dixit opus.
Ad mea decepti iuuenes precepta venite:
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari: per quem didicistis amare
Una manus vobis vulnus opemque feret.
Terra salutiferas herbas eademque nocentes
Nutrit: et vrtice proxima sepe rosa est.
Vulnus achilleo que quondam fecerat hosti:
Vulneris auxilium pelias hasta tulit.
Sed quecunque viris: nobis quoque dicta puelle
Credite: diuersis partibus arma damus.
Ex quibus ad vestros si quid non ptinet vsus
Attamen exemplo multa docere potest.
Utile ppositu est seuas extinguere flammas

flammas.amorem intolerabilem. Vitijs.stimulis amoris. Vixisset phyllis. Multarum exempla proponit:que impatientis amoris dederunt penas:quod non fecissent:si preceptis poete vti potuissent. Nouies. phyllis enim ad littus sola profecta est: vt prospiceret an Demophoon veniret: vt in vltimo huius operis docet Ouidius. Nec dolor armasset. Medeā designat: que repudiata a iasone post regiaʒ creontis incensam in eius vltionē filios iugulauit: vt antea dictum est. Contra sua viscera.contra suos liberos. Damno socij sanguinis. Amissione liberorum. Arte mea tereus. Terei regis daulidis fabula nota est: Ouidij carmine in sexto met. Per facinus.per vi philomene illatam. Fieri auis. mutari in vpupē.id autē Bizie i thracia factuʒ fuisse Plinius sentire videtur. Strabo vero scribit in Mediterranea secundum delphos paulisper ad orientē Daulida oppidū ēe vbi tereū thracem potentatū tenuisse aiūt:queꝗ de philomena ꝛ progne fabulis vulgata sūt:eo i loco patrata memorant. Verum Thucidides ad megara scribit.loco autem nomen a densitate arbustoruʒ nomē iditū est:quū Daulos densos appellāt. Da mihi pasiphaē. Pasiphaes fabula dicta est superi⁹. Da phedraʒ Que priuigni hippolyti amore exarsit. Impia si nostros. Scyllam Nisi Megarensium regis filiam dicit:que capta amore minois Alchatoen patriaʒ:ꝛ patrem obsidētis:ꝙ is cum Athenensibus senserat i Androgei morte. Carines neutricis phenicis ogigij filie ꝯsilio:patris cumaʒ fataleʒ abscidit pacta cum minoe coniugiuʒ ꝛ regnuʒ:minos detestatus puelle facinus:ꝙ patreʒ prodidisset ac patriaʒ:cuius salus dicitur in purpureo patris capillo cōstitisse:expugnata Alcathoe: i cretam soluit puellamꝗ e naui ita appendit:vt mari traheretur. Sed quum crete appropiquasset: Neptunus in nauē: Cyrim puellam: Juppiter patrem Nisum in Alietum cōuertit qui est ex aquilaruʒ generibus Cyris appellata ē. Auctore Oui. a coma detonsa:ꝛ capillis:qui cyri dicuntur. Est auis cristata.quaʒ Alaudulam vocant eaʒ semper alietus insequitur odio perpetuo: vt docet Maro. Damnosas curas. Damnum ꝛ mortem afferentes. Rectaꝗ cum socijs. sic in primo de arte se Tiphim ꝛ nauis magistrum appellauit. Publicus assertor.publicus liberator. Assero enim verbum est medium sicut vindico. Dicimus enim Asserere tam in seruitutēm:ꝙ in libertatem vindicare:hinc assertor deducitur. Liuius libro tertio. Claudio clienti negocium dat:vt virginem in seruituteʒ assereret. Vitijs. Cupidinis stimulis. Suppressa pectora.mentes calcatas ab amore. Vindicte sue.libertati proprie a

Medea filios iugulauit
Ubi Terei facin⁹ ꝑpetratū
Daulis
Daulos
Scylle fabula
Alietus
Cyris
Assero
Vindico
Assertor

Nec seruum vitijs pectus habere suum.
Vixisset phyllis:si me foret vsa magistro:
Et per quod nouies: sępius isset iter.
Nec moriens dido summa vidisset ab arce
Dardanias ventis vela dedisse rates:
Nec dolor armasset contra sua viscera matrem
Quę socij damno sanguinis vlta virū est.
Arte mea tereus:quis phylomena placeret
Per facinus fieri non meruisset auis.
Da mihi pasiphaen:iam tauri ponet amorem:
Da phędram: phędre turpis abibit amor.
Redde parem nobis:helenen menelaus habet
Nec manibus danaum pergama victa forent
Impia si nostros legisset scylla libellos:
Desisset capiti purpura nise tuo.
Me duce damnosas homines cōpescite curas
Rectaꝗ cum socijs me duce nauis eat.
Naso legendus erat tunc:quū didicistis amare:
Idem nunc vobis naso legendus erit.
Publicus assertor vitijs suppressa leuabo

vindicta virga: qua servi a pretore libertate donabantur. Tua laurea. corona ex lauro tibi dica- ta. Repertor carminis. Sic Tibullus. Nec prosunt elegi: nec carminis auctor Apollo. Versum enim Heroicum [ut Plinius scribit] pythio oraculo debemus. Quidam phemonoem apollinis fi liam primam carmen Heroicum cecinisse scribunt. Et medic opis. et medicine facultatis quam Apollo invenit. Ovidius in met. Inventum medicina meum est: opiferque per orbem. Dicor. et herbarum subiecta potentia nobis. Idem etiam docet Agathon apud platonem: et Diodorus cuius verba hec sunt. Apollinem citbare: eiusque musice inventorem ferunt. Medicine insuper scienti am divinandi arte perceptā: qua olim infirmi erant morbos cura- re soliti. primum attulisse. Medenti remedia amantibus afferen- ti. Utraque cura. et poetice: et medi- cine facultatis. Dum licet. dum non adhuc est nimio amori obno xius. Et modici motus. modera- tus amor. Tangunt precordia. so licitant mentem. quid autem sint precordia: docet Plinius his ver bis. Extra homini ab inferiore vi scerum parte separātur membra- nis: que precordia appellāt: quia cordi pretendūtur: quod greci ap pellaverunt phrenas. Si piget te amare. In primo limine. in pri mo aditu amoris. Siste pedem. ne ulterius procedas. Mala se- mina. mala principia. Nam mo ra dat vires. Amor tardando su- mit maiorem vim: et magis auge- tur. Que prebet latas. Platanum intelligit de qua: abunde diximus in li[bris] de arte amandi. Lesuro iugo. servituti amoris nociture. Qui non est hodie. qui hodie nō subtrahit colla iugo lesuro. Ver- ba dat omnis amans. amātes om nes se ipsos fallunt: differendo a- moris remedia. Reperitque ali- menta morādo. differentes reme dia magis alunt amorē amantes Est optima vīdicte. est optima ad liberandum se ab amore. Proxi- ma queque dies. Quia quāto quis celerius iugum amoris ponere fe stinat: tanto etiam salubrius sibi consulit. Flumina magna vides Probat amorem maiora indies in

Auctor Heroici Carminis

Medicine invētor

Precordia

Pectora: vindicte quisque faueto sue.
Te precor o vates adsit tua laurea nobis
Carminis et medice phebe repertor opis.
Et pariter vati: pariter succurre medenti
Utraque tutele subdita cura tue est.
Dum licet: et modici tangūt pcordia motus
Si piget: in primo limine siste pedē.
Opprime dū nova sunt subiti mala semīa morbi
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nā mora dat vires: teneras mora pcoquit uvas
Et validas segetes que fuit herba facit.
Que prebet latas arbor spatiantibus umbras
Quo posita est primum tempore virga fuit
Tunc poterat manibus summa tellure revelli
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Quale sit id quod amas: celeri circumspice mēte
Et tua lesuro subtrahe colla iugo.
Principijs obsta: sero medicina paratur:
Quum mala per longas convaluere moras.
Sed propera: nec te venturas differ in horas
Qui non est hodie: cras minus aptus erit.
Verba dat oīs amās reperitque alimēta morādo
Optima vindicte proxima queque dies.
Flumina magna vides paruis de fontibus orta:



crementa suscepturuz: nisi amantes celeriter amorez reiecerint. Non tegeres vultus cortice. mutata enim fuit Myrrha in arborem: postea ꝙ cum patre scelus illud admisit: quod fabulantur poete: vt antea diximus. Sed quia delectat. Assignat causam: cur amantes non celeriter iugum amoris reijciant. Cras quoq; fiet idem. cras etiam poterimus ab amore desistere. Tacite flamme. occultus amor. Et mala arbor. nocens amor quez arbori altius radices figenti comparat poeta. Primi auxilij. ꝙ non obstiteris principijs. Maius opus superest: maior est difficultas

Plurima collectis multiplicant aquis.
Si cito sensisses quantuz peccare parabas
Non tegeres vult⁹ cortice myrrha tuos.
Vidi ego: quod fuerat primo sanabile vulnus
Dilatum longe damna tulisse more.
Si qua delectat veneris decerpere fruct⁹:
Dicimus assidue: cras quoq; fiet idem.
Interea tacite serpunt in viscera flamme:
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilij perierunt tempora primi
Et vetus in capto pectore sedit amor.
Maius opus supest: sed non quia serior egro
Aduocor: ille mihi destituendus erit.
Qua lesus fuerat partem peantius heros:
Debuerat celeri psecuisse manu.
Post tamen hic multos sanatus creditur annos
Supremam bellis imposuisse manum.
Qui non nascentis pperabam pellere morbos
Admoueo tardam nunc ꝙ lentus opem:
Aut noua: si posses sedare incendia tentes

ferende operis: sed nō pollicetur poeta se illi quoq; allaturuz remedia: in cuius pectore amor altius insederit. Ordo autem est. Sed ille non erit destituēdus mihi: quia serior aduocor egro. Peantius heros. philoctetes peantis filius a quo Hercules [vt Seruius scribit] in eta hominem exuens: petiuit: ne alicui sui corporis reliquias indicaret: iurareq; coegit: et suas sagittas: hydre felle tinctas dedit Et quum responsum fuisset. Herculis sagittis op⁹ eē ad expugnandam troiaz: inuentus est philoctetes: et de Hercule iterrogatus: negauit se scire. Deinde quum cogeretur: confessus est mortuuz: sepulchrumq; ne iusiurandum falleret non voce: sed pede ostendit. Post hec quum duceretur ad belluz: casu in eum pedem quo sepulchrum ostēdit: sagitta cecidit vulnereq; immedicabili confectus est: cui⁹ fetor quum a grecis sustineri non posset: in lēno relict⁹ est: vbi quū pristine sanitati restitutus essz: ad troiam deductus est: dicente vlyxe apud Ouidium in. xiij. met.

Philoctetes

Nec peantiadem ꝙ habet vulcania lemnos Esse reus merui: crimez defendite vestrum. Consensistis eni: nec me suasisse negabo Vt se subtraheret belliq; vieq; labori. Tētauit q; feros requie lenire labores. Paruit. et viuit. Supremam manum vltimum finem. nā post excidium troianuz pre pudore noluit in patriaz redire: sed in calabriam venit: vbi petiliam cōdidit cuius meminit. Maro. Nascentis morbos. amorem surgentem. Admoneo tardā. Ego quoq; in presentia vt philoctetes lentus sanare veterem amorem isti tuo: sicut prius recentē sanare properabaz. Aut noua si possis. Duobus modis amorem debere sanari ostendit: aut quuz nouus est: aut quum iam vires perdidit: et fessus est amator: nec vnꝗ in

medio amoris cursu medicinā eē adhibēdā colligit. Noua incēdia. nouum amorem: quem igni comparant poete. vnde in primo de arte dixit. Flāmaqz in arguto sepe reperta foro est. Sedare. extinguere Difficiles aditus. causam assignat quare in medio cursu non possit amor sanari. Impatiens animus. amatoris anim⁹ in medio amore cōstitut⁹. Quum sua vulnera tāgi Jam finet. Quum iam nimio amore saucius morbum ipse suum profitebitur. Hic autem declarat poeta quod superi⁹ dixerat eo versu. Aut vbi per vires procubuere suas. Erit apt⁹. videbitur posse sanari. Veris vocib⁹. non fictis verbis aut querelis. Quis matrē nisi mētis inops. Docet exemplo non eē in primo impetu remedium adhibendū sed quū ille iam est extinct⁹. ipleuerit. expleuerit lachrymis. ille dolor. extincti nati. Emoderandus erit. Erit imminuendus. Temporibus medicina valet. Medici enī tēpora obseruant. vnde ita scribit Seneca. Nihil est in morbis magis periculosum: quam immatura medicina. sicut e contrario nihil salutarius medicina tempestiuiter data. Data tempore prosunt. Vini enim vtilitatem equari vix deorum potentia posse Asclepiades pnūciauit. Vina nocent. nam si febricitanti dentur nocebunt. Hec sunt iocundi. duo sunt amanti contraria ocium et cibus. Si tollas. si amoueas. Et sine luce iaces. Faces quibus incēsis cupido vrit amantes. Cedit amor rebus. quia aliqd agēdo amor tollitur. Langor et immodici. exprimit hic eleganter poeta que sint ea ocia que amatori dixerat nocere. Sub nullo iudice. sub nullo: qui te cogat e stratis surgere. Sunt qui legant sub nullo vindice: hoc est sub nullo: qui liberet a
Alea somno amantem. Aleaqz. Alea ē ludus omnis: qui in fortune varietate consistit. Martialis. Alea prima nuces: et nō damnosa. videtur proprie tamen de Tesseris dicitur.
Aleones vnde Aleones alea luden-

Aut vbi per vires procubuere suas.
Dum furor in cursu est currenti cede furori
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo qui quū discedere possit
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte
Respuit: atqz odio verba monentis habet.
Aggrediar meli⁹ tum quum sua vulnera tangit:
Jam finet et veris vocibus aptus erit.
Quis matrē nisi mentis inops in funere nati
Flere vetat: non hoc illa monenda loco est.
Quum dederit lachrymas: animūqz ipleuerit egrū
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Temporib⁹ medicina valet data tempore prosunt:
Et data non apto tempore vina nocent.
Quin etiam accendas vitia: irritesqz vetando:
Temporibus si non aggrediare suis.
Ergo vbi visus erit nostra medicabilis arte:
Fac monitis fugias ocia prima meis.
Hęc vt ames faciunt: hęc quę fecere tuent:
Hęc sunt iucundi causa cibusqz mali.
Ocia si tollas: periere cupidinis arc⁹:
Contemptęqz iacent: et sine luce faces:
Quam platanus riuo gaudet quā populus vnda
Et quam limosa canna palustris humo.
Tam venus ocia amat finem qui queris amori
Cedet amor rebus: res age tutus eris.
Langor et immodici sub nullo iudice somni:

tes appellamus. Alea etiam per similitudinem ponitur pro dubitatione ⁊ periculo. Liuius. Nec tamen celerem aleam vniuersi certaminis timeas. ⁊ Plinius. Extra omnem ingenij aleam positum ciceronem dixit. et apud Suetonium. C. Cesarē fortune ⁊ periculis se committentē, dixisse iactam esse aleam legimus: quod incertos ⁊ audaces subeuntibus casus vulgo exordium esse solet vt docet Plutarchus. Lucanus placet alea nati Altefutrum mersura caput. Tempora quassa caput, nimio vino titubans. Amor insidiosus. cupido qui insidiatur amantibus. Menti vacue.

Jacta alea

Aleaq; ⁊ multo tempora quassa mero:
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires:
Affluit incautis insidiosus amor.
Desidiam puer ille sequi solet: odit agentes
Da vacue menti quo teneatur opus.
Sunt fora: sunt leges: ⁊ quos tuearis amici
Uade per vrbane splendida castra toge.
Uel tu sanguinei iuuenilia munera martis
Suscipe delitie iam tibi terga dabunt.
Ecce fugax partbus magni noua cā triumphi:
Jam videt in campis cesaris arma sui.
Uince cupidineas pariter partbasq; sagittas
Et refer ad patrios bina tropbea deos:
Ut semel etola venus est cuspide lesa:
Mandat amatori bella gerenda suo.
Queritur egistus quare sit factus adulter.
In promptu causa est: desidiosus erat.
Pugnabant alij tardis apud ilion armis:
Quo tulerat vires grecia tota suas.
Siue operam bellis vellet dare nulla gerebat
Siue foro: vacuum litibus argos erat.

animo ocioso: sunt fora. Docet q̄ pacto possit amator se exercendo ocia tollere. Splēdida castra Forū iudiciale castra ciuilis toge elegātissime appellat poeta. Uel tu sanguine vel ad bellum proficiscere esse fugax partus Bellum parthicum designat quod Thiberius sumpsit. Augusti Auspicijs: vt in primo de arte amandi etiam diximus: fugacem autem partbuz appellat: quoniaz parti in fuga solēt a tergo sagittas emittere adeo: vt fugientes non minores hostibus afferant calamitates: q̄ consistentes, auctores Plutarchus: et Appianus. Propersius. Tela fugacis equi. Lucanus. Et missa partbis post terga sagitta. ⁊ Uirgili. Fidētemq; fuga partbuz versisq; sagittis. Horatius in secūdo epistolarū Partbos mēdaces appellat. Bina tropbea et victis hostibus ⁊ fugato cupidine. Tropbea autem apud grecos fuere arbores amputate eo in loco vbi hostes vicissent: atq; in fugā vertissent. āputabant n. ramos arborū ac deinde armis spolijsq; hosti detractis ornabant vt esset posteris monumentum victorie pte. in eo loco dicta aūt sūt Tropbea. a i. vertere: q̄ qui hostē in fugā vertisset: Tropbeuz merebat. Aetola cuspide. telo diomedes regis etolie quo ille venerē vulnerauit: vt antea diximus. Designat aūt amātes posse venerez in p̄lio vicere vt oli dea a Diomede supata est querit egisthus. Ex pelope a quo pelopōnesus cognominata ē nat⁹ est Thiestes: qui cōcubuit cū europe vxore fratris Atrei ⁊ cū filia pelopea incestuz ppetrauit cuius filius egistus rem habebat cū clytēnestra: ⁊ ābo agamennonē occiderunt. Nulla gerebat. nulli argos bellum inferebat. Qd potuit fecit. Quum egisto nihil re

Bellum pthicum

Partbi fugaces

Tropbea

Egistbus

Quod potuit: fecitque nil ageretur amauit
Sic venit ille puer: sic puer ille manet.
Rura quoque oblectant aios studiumque colendi:
Quelibet huic cure cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.
Obrue versata cerealia semina terra
Que tibi cum multo fenore reddat ager.
Aspice curuatos pomorum pondere ramos
Ut sua quod peperit: vix ferat arbor onus.
Aspice labentes iucundo murmure riuos
Aspice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes: praeruptaque saxa capelle:
Ut referant hedis vbera plena suis.
Pastor inequali: modulatur arundine carmen:
Nec desunt comites sedula turba canes.
Parte sonant alia silue mugitibus alte
Et queritur vitulum mater abesse suum.
Quid quum suppositos fugiunt examina fumos
Ut releuent dempti vimina curua faui.
Poma dat autumnus: formosa est messibus estas
Uer prebet flores: igne lauatur hyems.
Temporibus certis maturam rusticus vuam
Colligit: et nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis desectas alligat herbas
Et tonsam raro pectine vertit humum.
Ipse potes riguis plantam defigere in hortis
Ipse potes riuos ducere lenis aque.
Uenerit insitio: fac ramum ramus adaptet:

linqueretur agendũ: amori (quod solũ poterat facere) indulsit. Sic venit ille puer: Dum aliquis est ociosus: ad eum quam primum accedit cupido. Quid quũ suppositos. Docet inter cetera rustica officia: posse quoque amatorem mella ex aluearijs educere: quo dum hec operatur aut spectat: obliuiscatur amoris: solent autem rustici aluearijs fumum subijcere: vt inde apes abigant et extrahant mella. Virgilius. Si quando sedē angustam: seruataque mella Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum. Ore foue, fumosque manu pretende sequaces: et Plinius. Quum eximuntur mella: apes abigi fumo vtilissimum: ne irascantur: aut ipse auide vorent: fumo crebriore etiā ignauia earum excitatur. Dempti. faui extracti mellis. Sunt autem Faui ceree tabelle: in quarũ cellulis apes mel recondũt: et eos dijs offerri solitos scribit Uarro in. iij. Apes autem (vt docet plinius) primum fauos construunt: cerā fingũt hoc est domos cellasque faciũt: deinde sobolem: postea mella ceram ex floribus. Melliginē e lachrymis arborum que glutinum pariũt salicis: vlmi: arundinis succo: gũmi resina his primum alueum ipsum intus torum. Ut quoddam tectorio illinũt: et alijs amarioribus succis contra aliarum bestiarum auiditates. Uimina. curua aluearia ex viminibus intexta. fiũt enim aut ex cauatis corticibus: aut ex textis viminibus. Virgilius. Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis. Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Angustos habeant aditus. Desectas herbas. frumenta intellige. Uertit humũ. terram trahit. id est aratiōnē: vt Plinius docet occasio sequitur vbi res poscit crate: vel rastro: et sato semine iteratio. alij legunt vertit humum. hoc est arat. Raro pectine rastro. Uenerit insitio. quum aderit vernum inserendi tempus. Cato enim inseri precipit pira: ac mala peruer. Et post solsticium diebus. l. post vin-

Quō eximuntur mella

Faui

Aluearia

Quō ē inserendum

demiam. Oleas autem et ficos per ver: tantuz luna sitiente hoc est sicca. Preterea post meridiem ac sine vento austro. Inserendi autem modos duos posuit Maro. Columella tres. Postremo etiam quartum addidit a se inuentũ. De insitione autez plura legito apud Plinium in. xvij. Fac ramum ramus adoptet. Tangit duos illos modos inserendi: quos Maro posuit. nam aut insitio dicitur: quum inciso trunco surculus fecunde arboris sterili inseritur: aut oculorum impositio quum inciso cortice libro aliene arboris germen inserim⁹. Plinius tamen inoculationem alit̃ fieri ostẽdit.

Stetq; peregrinis arbor operta comis.
Quũ semel hęc aĩmũ cepit mulcere voluptas
Debilibus pennis irritus exit amor.
Uel tu venandi studium cole: sepe recessit
Turpiter a phębi victa sorore venus.
Nunc leporẽ pronũ catulo sectare sagaci:
Nunc in frondosis retia tende iugis.
Aut pauidos terrę varia formidine ceruos:
Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.
Nocte fatigatum somnus non cura puellę
Excipit: et dulci membra quiete leuat.
Lenius est studium: pdest tamen alite capta
Aut lino: aut calamis premia parua sequi.
Uel quę piscis edax auido male deuoret ore
Abdere supremis era recurua cibis.
Aut his: aut aliis: donec dediscis amare
Ipse tibi furtim decipiendus eris.
Tu tamen q̃uis firmis retinebere vinculis
I procul: et longas carpere perge vias:
Flebis et occurret deserte nomen amicę
Stabit et in media pes tibi sepe via.
Sed quanto min⁹ ire voles mag[is] ire memento
Perfer: et inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta: nec te peregrina morent̃
Sabbata: nec damnis alea nata tuis.

Peregrinis comis. foliis aliene arboris. nã cerasus in salice: platanus in lauro. Laurus in ceraso nascuntur. Comas autem pro frondibus eleganter ponunt poete que sunt crines arboruz: vnde a papinio crinit̃ arbos p frõdescit dictum est. Voluptas agriculture. A phebi sorore a diana: q̃ est venationis dea. Nocte fatigatuz. somnus quum hec fecerit amator erit cupidus: non amice leuat mẽbra: fouet corp⁹. Dulci quiete. dulci somno. Aut Lino: aut retibus: Aut calamis: aut sagittis. Propsius. Et stricto figere auez calamo. aut calamum aucupatorium intelligit: quo viscato aues capiuntur Martialis. Pallida dum tacita crescit arundo manu. Auceps em̃ surgens paulatim calamos eleuabat: et eos auibus subijciebat. Silius sublimen calamo sequitur crescente volucrem. Uel que piscis edax. escam illã dicit: qua hamo affixa pisces capiuntur. Aera recurua. hamos intellige.



